cor carneum: quod te timeat: te amet:
te diligat: te delectet: te ſequat᷑: te per-
fruatur eternaliter. Oramus domine
clementiā tuam: vt ſereno, familiā tu-
am tui ſacri nominis officia preſtolan
tem, aſpicere digneris vultu. Et vt nul
lius ſit irrituȝ votū: nullius vacua ſup
plicatio. tu nobis p̄ces ſuggere. q̄s ipſe
audire propitius ⁊ exaudire digneris
Rogamus etiā te pater ſancte pro ani-
mab⁹ omniū fidelium defunctoꝝ. vt
ſit illis ſalus. ſanitas. gaudiū ⁊ refrige
rium hoc magnū pietatis ſacramentū
Deus me⁹ ſit illis hodie magnū ⁊ ple-
num cōuiuiū de te pane viuo. qui de
celo deſcendiſti, ⁊ das vitā mundo de
tua carne ſancta ⁊ benedicta agni vi-
delicet immaculati. q̄ tollit pctā mun
di. que de ſctō ⁊ glorioſo vtero btē vir
ginis Marie ē aſſumpta, ⁊ de ſpū ſctō

concepta. De illo inquā fonte pietatis qui per lanceā militꝭ ex tuo ſanctiſſimo latere feliciť emanauit: vt exinde ſanati: refrigerati: refecti cōſolati exultent in laude ⁊ gloria tua. Peto clementiā tuam deus: vt deſcēdat ſuper illud plenitudo tue benedictionis ⁊ ſanctificatio tue diuinitatis. Deſcēdat etiam dn̄e illa ſanctiſpūs tui incōprehenſibilis inuiſibiliſq; maieſtas: ſicut quondam in patrū hoſtias deſcēdebat. Et oblationes noſtras corpꝰ ⁊ ſanguinē tuum efficiat: ⁊ me indignū ſacerdotem tuum doceat tantū tractare miſteriū: cum cordis puritate ⁊ lachrimaꝝ deuotiōe: cū reuerentia ⁊ tremore: ita vt placide et benigne ſuſcipias ſacrificiū laudis de manibus meis ad ſalutē omnium tam viuorū q̄ȝ mortuoꝝ. Rogo te dn̄e per ſacroſanctū myſteriū corporis ⁊ ſanguinis tui q̄ q̄ttidie in eccl̄ia tua paſcimur: abluimur ⁊ ſanctificamur ⁊ potamur: atq; vnius ſummeq; diuinitatis ꝑticipes efficimur: da mihi ꝟtutes tuas ſanctas

quibꝰ repletus bona cõſciẽtia ad al-
tare tuum accedã Jta vt hec celeſtia ſa-
cramẽta efficiant̃ mihi ſalus ⁊ vita. Tu
enim dixiſti ore tuo ſancto ⁊ bñdicto:
panis quẽ ego dabo caro mea eſt pro
mundi vita Si quis manducauerit ex
hoc pane viuet in eternũ: panis dulciſ-
ſime ſana palatũ cordis mei: vt ſentiaꝫ
ſuauitatẽ amoris tui. Sana illð ab ol-
lãguore: vt nullũ preter te querat amo-
rem. nullam p̃ter te amet pulcritudinẽ
Panis cãdidiſſime habẽs omne dele-
ctamentũ ⁊ omnis ſuauitatis odorem
qui nos de te ſemꝑ reficis: et in te nun-
ꝙ deficis: comedat te cor meũ ⁊ dulce-
dine ſaporis tui repleant̃ viſcera aĩe
mee. Mãducet te angelꝰ pleno ore in
patria. Mãducet te ꝑegrinus homo ꝑ
modulo ſuo ne deficere poſſit in via ta-
li recreatus viatico. Panis ſancte: pa-
nis viue: panis pulcer: panis mũde ꝙ
deſcendiſti de celo ⁊ das vitã mundo
veni in cor meũ ⁊ mũda me ab omni
inquinamento carnis ⁊ ſpũs: intra in

animā meam: ſana ⁊ ſanctifica me in-
terius ⁊ exterius. Eſto tutamen ⁊ conti
nua ſalus corpis ⁊ anime mee: repelle
a me inſidiātes mihi hoſtes: recedent
ꝓcul a potentia maieſtatis tue: vt foriſ
⁊ intus munitus ꝑ te: recto tramite ad
regnum tuū perueniam vbi nō in my-
ſterijs ſicut in hoc tēpore agitur: ſed fa
cie ad faciem te videbimus cū tradide
ris regnum deo patri. ⁊ deus eris om-
nia in omnibus. Tunc enī me de te ſa-
tiabꝰ ſatietate mirifica. Ita vt neqꝫ eſu-
riam neqꝫ ſitiam ineternū. Amen.

Alia orō an̄ miſſam.

Maieſtatē tuam totis viribus deus pijſſi
me humili prece depoſco ⁊ exoro: vt re
mittas crimina: que caro fragilis a ten-
tatione iniquorum ſpirituum nequiter
admiſit: ⁊ iam reuerti ad ea non ſinas
vltra: ſed cōfirma me iuſtificatiōibus
tuis: ⁊ perſeuerantiā mihi tribue in il
lis: ⁊ fac me dignū ante cōſpectū maie
ſtatis tue aſtare: ⁊ ſacrificiū tibi dn̄e ca
ſto corpe ⁊ mūdo corde ꝓdigne offerre:

¶ Graciarũ actio post miſſam a ſacerdote dicenda.

GRacias tibi ago domine piiſſime: ꝙ me ad officium ſacerdotale elegiſti. Gracias tibi ago dulciſſime deus: ꝙ me tuo dulciſſimo corpe ⁊ ſanguine refeciſti. Gracias tibi ago domine clemẽtiſſime pro deuotiõe q̃ me in hac miſſa ſpẽaliter reſpexiſti Gracias tibi ago benigniſſime deus: ꝙ me protegendo a periculoſis negligẽtijs cuſtodiſti. Mi dñe deus: ecce ꝑ gratiſſima electione: ꝑ dulciſſima refectione: ꝑ tam piiſſima reſpectione: pro tam benigniſſima ꝓtectione ⁊ cuſtodia: tibi optime deus ex toto corde gracias ago: te benedico: te laudo: te glorifico ineternũ. Eya nunc oro piiſſime deus: vt ſit mihi hoc dulciſſimũ ſacramentũ contra omniũ peccatoꝝ meorũ vulnera efficaciſſimũ medicamentum. ſit mihi benigniſſime deus hoc dulciſſimũ ſacramẽtum omnis virtutis ⁊ gracie victorioſiſſimũ ꝯplementũ. Sit mihi piiſſime deus: hoc dulciſſimũ ſacramẽtum tã in

vita q̃ȝ in morte/cõtra omnia pericula validiſſimũ tutamentũ. Sit mihi dulciſſime deus hoc ameniſſimũ ſacramẽtum ad eternam beatitudinẽ ſolidiſſimum fulcimentũ. Mi dñe deus ꝑ ſumptam queſo euchariſtiá da mihi: vt a peccatis emũdatus: merito fecũdatus fine bono cõſummatus/tecũ imperpetuum ſim beatus cui eſt honor ⁊ gl̃ia in ſecula ſeculorũ Amen. ¶ Itẽ poſt miſſam ꝑ viuis ⁊ defunctis. Oratio

Oya precor te piiſſime deus: etiaȝ pro oĩbus familiaribus et amicis meis: vt per adiutricẽ huius ſacramenti virtuteȝ adiuues ⁊ dirigas eos ad eternam ſalutẽ. Precor te mitiſſime deus: ꝓ omnibus bonis hoĩbus: vt ꝑ cõfirmatricẽ huius ſacratiſſimi ſacramẽti virtutẽ: confirmes ⁊ munias eos ad vitam eternã Precor te piiſſime ⁊ benigniſſime deus pro peccatoribus vniuerſis: vt per reparatricẽ huius ſacramenti virtutẽ cõuertas ⁊ repares eos ad eternam ſalutẽ. Precor te miſericor

diſſime deus ꝓ omnibus fidelibꝰ defunctis: vt per liberatricē huius ſacramenti virtutē liberes ⁊ ꝑducas eos ad eternam ſalutē. Mi domine deus oro te inſtanter vt per hoc ſacratiſſimū ſacramentū tuum ſpirituales meos digneris ſpiritualiter viſitare: ⁊ bonos in bono confirmare: ⁊ malos a malo reuocare: ⁊ purgandos a purgatorio liberare pater miſericordiarum pro tua miſericordia in eternū. Amen.

¶ Incipit informatio bona ⁊ optima religioſorū: immo ſacerdotū ⁊ omnium clericoꝝ: qui ex ordinatiōe ſacrorum canonū. ad horas canonicas deuote quottidie perſoluēdas ſunt obligati: qualiter ad eaſdē horas ſe preparare: ⁊ quomodo ac qualiter in eiſdem ſe habere debeant.

Q Adente ſeu ſignāte horologio circa horā vigilans mox in mométo ⁊ quaſi in ictu oculi ſurgens ſta tue in animo tuo te audire vocē illam

terribilē q̄ fiet in indicio. Surgite mor
tui qui iacetis in ſepulcris veſtris ⁊ oc
currite ad iudiciū ſaluatoris. Exiliens
igitur feruenter de lecto: ⁊ cōſignans
te ſigno ſcē crucis grās age diuine mi
ſericordie ꝑ quiete multa: ⁊ eiuſdē pro
tectione ⁊ ꝑ cuſtodia angelorum. De
inde mentis intuitu cōſiderans virgi-
nem glorioſam Mariā. Ex intimis cor
dis tui medullis dicito Aue maria. Cū
vero pulſatur ad matutinas/ pone in
corde tuo audire te nūciū domini tui
dicentē. Ecce ſponſus venit: exite ob-
uiā ei. Ac poſtea reuerentia magna in-
trans chorū in conſpectu domini dei
noſtri Jeſu xp̄i: ⁊ ſanctorꝫ angelorum
⁊ beatarꝫ animarꝫ cū timore domini: ⁊
reuerētia ſta in gradu tuo ⁊ cogita de
dei beneficijs: ⁊ de tua ingratitudine:
⁊ humilia valde ſpm̄ tuū: qꝛ cor con-
tritum ⁊ humiliatū deus non deſpici
et. Et anteq̄ꝫ termineť vltima pulſatis
cogita ex intimo corde: ꝙ dn̄s Jeſus in
ſua paſſione media nocte cōprehēſus

fuit ꝛ ligatus: vt te ad ipm̄ vinculo ſui amoris attraheret: ꝛ tali hora captus a iudeis: ꝛ viliter tractus: vt te a captiuitate inimici eriperet ꝛ ereptū perpetue liberati donaret. Hec igiť mente reuolue ꝛ in affectione dulci recollige ꝛ memorie tue imprime ꝛ dic. Orō.

O Dulciſſime Iheſu: cuius potentia ꝛ imperio omnia curuantur cuius maieſtas ita eſt inclinata: vt pro me ab inimicis tuis capi: ligari ꝛ trahi dignareris. Da mihi per auxilium gracie tue virtutem humilitatis: ꝛ ſpiritum fortitudinis ꝛ donum ſancti timoris: quo triplici vinculo mens mea firmiter ligata in tua voluntate permaneat: ꝛ in tuo obſequio ſtabilietur. Include dulciſſime iheſu cor meum in tuo dulci carcere: ne vagetur ꝑ inania ꝛ inquietum diſcurrat per mūdum: vagoſq; motus mentis mee in te ꝯprime: ꝛ omnem memoriam meā et intellectum ꝛ affectiões meas: ꝛ vo-

luntates ad te reuoca: ⁊ in te cõuerte: vt ſic in timore ⁊ reuerẽtia tibi domi-natori omniũ aſſiſtens: te digne laudare merear ⁊ pfecta charitate diligere: ⁊ tibi perpetuo inherere. Amen.

## ¶ Meditatio in orando.

Terminata igit̃ vltima pulſatione: ⁊ incepta oratiõe dñica: que preparatoria eſt ad graciã deuotionis recipiendam: totũ te conferas ad rogandũ deũ: ſingulis verb cor tuũ diligenter apponens: quia aſſunt ſancti angeli: q ſunt ad miniſtratorij ſpũs miſſi in myſterium ꝓpter eos qui hereditatẽ cupiunt ſalutis: qui ꝟſus ſingulos deuotione cõditos aſſumũt: vt deo repſentẽt ex parte noſtra: ⁊ ipi deo nos per amorẽ recõcilient.

## ¶ Fructus pſalmodie ⁊ effectus.

Quotiens igit̃ de erumnis huius exilij pſalmus loquitur: quotiẽs in eo agitur de tentatiõibus ⁊ tribulatiõibus bonorum: ſiue de tẽporali felicitate malorum: aut de futura dãnatiõe reprobo-

rū:aut de plena felicitate iuſtorū:ſiue
de dei miſericordia:ſiue de dei iuſticia
ſiue de iudicio:aut de opibus creatio-
nis:gubernatiōis aut diſpēſatiōis di-
uine. Itē dei māſuetudinis: pacientie:
longanimitatiſ: charitatis: ceterorūq
bonorum ꝛ donoꝝ eius in oībus per-
ſonare debet graciarūactio ꝛ vox lau-
dis:pro omnibus ei grās age:magnū
enim inde reportabis emolimentū:qꝛ
deuote pſallenti grā contritiōis infun
ditur:culpa remittit:caritas excitatur:
virtus mētis acquiritur:intellectus il-
luminatur. Quicqd enim in ipſis pſal
mis eſt:facit ad edificationē:ad vtilita
tem hūani generis ꝛ conſolationem.
Pſalmus nanq triſtes cōfortat:iratos
mitigat: infirmos roborat: ſuperbos
humiliat:humiles letificat:pigros ex-
citat:diſcordātes pacificat: ad celeſtia
corda ſbleuat: creaturā creatori copu-
lat: animā verbo maritat. Ibi plane
ſpiritualis ſanctiq ꝯnubij celebratur
cōtractus atq cōplexus: vbi idē velle

⁊ idem nolle vnū facit ſpiritū de duo
bus: qꝛ qui adheret deo: vnus ſpūs eſt
Cōformitas em̄ voluntatū animā ver
bo id eſt Jeſu xp̄o maritat: cū ei cui ſi
milis eſt ꝑ naturā ſimilem ſe exhibet
per voluntatē. Itaq̄ occupato in hūc
modum pſallētis animo: ſi caput: ſi pe
ctus anguſtiat̄. ſi deficiāt genua: ſi pe
des intumeſcāt: breuis labor ⁊ dolor
videbitur: quo eternitas cōparat̄ Nec
longa vigilia eſtimabit̄ vbi dei pn̄tia
cernitur ⁊ ſuauitas guſtat̄. Sequūt̄
meditatiōes horaꝝ Et ꝑmo ad laudes

Ad laudes ꝟo cogita: ꝙ dilucu
lo creatus eſt mūdus: ⁊ tunc cre
ati angeli pruperūt in laudem: vnde
dominus ad iob. Ubi eras qn̄ me lau
darēt aſtra matutina: ⁊ iubilarent oēs
filij dei. Bonos igit̄ angelos: qui poſt
creationē ſpontanea voluntate ſum
mum bonū elegerūt: diſcreuit deus a
malis: quaſi lucē a tenebris: ⁊ ſtantes
ſua gr̄a illuminauit: tribuēs graciam
cooperantē: per quā ſummo bono in

herentes/ipm perfecte diligerent: in q̄
confirmati ſunt ita vt malū omnino
velle non poſſint. Tu igiť ipſi condito
ri tuo gracias age exintimo deuoti coꝛ
dis: ꝙ te pꝛedeſtinauit ab eterno: ꝛ te
diſcreuit ab infinitis damnandoꝝ ag/
minibus/ ꝛ ꝙ te in filiū adoptauit: ꝛ
elegit ad ineffabilē gloꝛiam ꝛ leticiā ꝛ
dignitatem ꝛ beatitudinē. Et ꝙ nr̄am
naturā in tanta ſublimitate cōdidit: ꝛ
taꝫ miſericoꝛditer repauit. Deinde gra
cias age ꝙ tāti te habuit illa maieſtas
vt pꝛo te puer paruulus ꝛ pauꝑ fieret
ꝛ infirmus: vermis ꝛ nō homo: oppꝛo
bꝛium hominū ꝛ abiecto plebis. Qꝺ
mundū vita ꝛ doctrina illuminare di
gnatus ē Qꝺ tam crudelē. tam vilē ꝛ
abiectam moꝛtē ꝑ nobis pertulit Qꝺ
coꝛpus nr̄m in reſurrectione ſua glꝛifi/
cauit: ꝛ in aſcēſiōe ſup oia extulit: ꝙ tā
dulcē arrā ſue dilectiōis dedit ſuū dul
ciſſimū ſanguinē: ꝙ ꝺſiderabile pign⁹
ſpm̄ ſuū: ꝙ teſtamentū nob reliqt euā
gelium ſuū. Qꝺ teſtes appoſuit innūe

rabiles. Apoſtolos: martyres confeſſo-
res atq virgines: quorꝫ vita tibi incli-
ta doctrina ē: quorꝫ paſſio ⁊ mors glo-
rioſa tibi proficit ad cōſolationē ⁊ ſuf-
fragium ad eruditionē: ⁊ ad vitā: ⁊ co
operatur ad bonū Poſtea grās age: ꝙ
tibi nato gratiā contulit baptiſmatis:
ditauit ingenio: naturalibus reſtaura
uit: gratuitis ornauit: ſalutē donauit:
periculis eruit: peccantē ſuſtinuit. Ab-
ſoluit errore: ꝙ cecū illuminauit: ꝙ ſol
uit vinctū: reduxit erroneū: reconcilia
uit reum: ꝙ graciā tribuit continēdi:
ſpem indulgētie dedit ⁊ fiduciam pro
merendi: ⁊ ꝓpoſiti perſeuerantiā: hec
igit mēte: hūili deuotus reuoluet die

Oratio.

OMnipotēs mitiſſime deus: p cuius ſapientiā cuncta
ſubſiſtūt: cuius fortitudine cūcta fir-
mātur ⁊ roborant: cuius ineffabili bo
nitate cuncta bene diſponunt: exaudi
pro tua ineffabili clemētia ſeruulū tu-
um ad te clamantē: ⁊ tua potentia dul
ci releua iacentē: ⁊ labētis tene manū

⁊ erige: tua lucidiſſima ſapiētia cor me
um illumina: ⁊ doce me facere volun
tatem tuā bonitate munifica. Spiritu
tuo principali cōfirma cor meū: ne la-
batur ad vicia/ aut in mortē corruat.
Sed qui ſtātes angelos tua grā confir
maſti vt in te perſeuerēt: ⁊ in vinculo
tui amoris ligaſti ne a te vnꝗ̄ ſeparen
tur: mentē meam cōfirma in volūtate
⁊ vinculo tui amoris indiſſolubiliter
alliga: ⁊ ſi placet cōfirma vt a te nun-
ꝗ̄ ſeparetur: ſed in tua potētia robore-
tur: ⁊ tua ſapiētia illuſtret: in tua boni
tate iocundet ⁊ permaneat eternaliter
Amen.

¶ Meditatio ad primā.

Ad primā cogita: ꝙ illa hora cō-
uenerunt ſacerdotes ⁊ ſeniores popu-
li: ⁊ querebant falſum teſtimoniū ad-
uerſus ieſum: in atrio cayphe p̄ncipis
ſacerdotū: ⁊ illudētes ei: ⁊ colaphis ce
dentes ⁊ ꝯſpuentes in eū/ vinctum eū
adduxerunt in pretoriū ⁊ tradiderunt
eum pontio pylato p̄ſidi ⁊ dic. Orō.

O Vita pauperū deus: via humi-
litatis ꝛ forma patientie domi
ne ieſu: in cuius ſinu nō eſt cōtradictio
cōforma cor meū humilitati tue ꝛ pa
cientie cordis tui: vt q̈buſlibet irroga-
tis iniurijs: tacita conſciētia: ꝛ ſeruata
mentis tranquillitate pacientiā tuam
merear amplecti: ꝛ eā ſtudioſe imitari
ac per tua vincula a peccatoꝝ meoꝛuꝫ
vinculis abſolutꝰ: iudicio tuo in illo
tremēdo/meritoꝝ examine ſecurus aſ-
ſiſtam. Amen ¶ Meditatio ad terciā

AD terciā cogita: ꝙ illa hora cru-
cifixus eſt Jeſus linguis iudeo
rum accuſantiū ꝛ damnantiū ac dicē-
tium. Crucifige crucifige eum: reus eſt
moꝛtis. Poſtea colaphizatus: ligatus
ad colūnā: flagellatus vſq̧ ad ſangui-
nem: purpura indutꝰ ꝛ illuſus: ſpinis
coꝛonatus: tandē moꝛte cōdemnatus
Nō eadem etiā hora in die ſctō pēthe
coſtes deſcēdit ſpūſſctūs ſuper apl'os ꝛ
diſcipulos xpi: ꝛ repleuit eos: ſolidās
ꝛ roborās: vt nec minis nec vberibus

nec morte a veritate flecti poſſent: aut
a charitate xpi euelli. Ora ergo ⁊ dic.

Dñe Ieſu xpe: q̄ an mirabi **Oro.**
li bonitate tua deo p̄ri vſq ad
morte ⁊ crucis opprobriū p me obedi
ens fuiſti/vt ad obediētiā informares
p me ligatus es/vt me a vinculis pctō
rum abſolueres. Judicatus es morti:
vt me a iudicio eterne damnationis ⁊
mortis liberares: p me ſpinis corona
tus es. vt me tua gl'ia coronares. Infū
de mihi grāz ſpūſſancti ɔfirmantē cor
meum in timore ⁊ amore noīs tui: vt
ſpretis blādicijs adulantiū ⁊ detrahē
tium morſibꝰ calcatis ⁊ ɔtemptis: per
patientiā ⁊ imitationē tuaꝝ paſſionū
digne cōicē veſtigijs tuis: ⁊ delectabi
liter eis inhereā: qtinꝰ nec aduerſitate
fractus nec pſperitate illectus vſq ad
morte in tuo dulci magiſterio pſeuerē

Ad ſextā ho **Meditatio ad ſextā**
rā cogita: q tali hora crucifixus
eſt dñs nr̄ ieſus manibꝰ ⁊ pedibꝰ eius
clauis perforatus: ⁊ cruci affixus ſuis

dulciſſimi ſanguinis in terrã profluen
tibus. Stans ergo in gradu tuo quaſi
in ſtipite crucis per cõpaſſionẽ appen-
ſus: ſtatue ante faciem tuã quaſi pen-
dentem in cruce dñm ihesum toto cor
pore ſautiatũ ⁊ ſuo precioſiſſimo ſan-
guine cruentatũ. Reſpice igiẽ lacrima
biliter dulciſſimũ conditorẽ tuum: ſic
pendentẽ ⁊ dic. Qui peccatũ non fecit
peccata mea ꝑtulit: ⁊ languores meos
ſuo liuore ſanauit. ¶ Deinde cõuer-
ſus ad prẽm ĩ diuinis ſic eũ alloquere.

Aſpice piiſſime pater piiſſimũ fi-
lium ꝓ me tam impia paſſum.
Reſpice clemẽtiſſime rex filiũ tuum q̃
patitur: ⁊ remitte famulo tuo pro quo
patiẽ. Nunquid nõ attendis pie pater
adoleſcẽtis filij caput cariſſimũ niuea
ceruice deflexũ: in mortẽ precioſiſſimã
reſolutum? Aſpice mitiſſime cõditor di
lecte ſobolẽ humanitatẽ ⁊ miſerere ſup
infirmi plaſmatis debilitatẽ. Candet
nudatũ pectus: rubet cruentũ latus: tẽ
ſa arent viſcera, decora languẽt lumi-

na:pallēt oꝛa regia:crura pendēt mar-
moꝛea:rigat terebꝛatos pedes bti ſan
guinis vnda ¶ Ad chꝛiſtū. Oratio.

Laua me piiſſime ieſu xpe in ſan
guine tuo:⁊ per piiſſima vulne
ra tua ſana plagas aīe mee. Cōfige cla
uis timoꝛꝭ tui pedes coꝛdis mei:volū
tates ⁊ affectiōes:⁊ affige firmiter cruci
penitētie vt interius diſponat coꝛ me-
um ſm̄ beneplacitū voluntatis tue:et
exterius conuertant mēbꝛa coꝛpis mei
in vſuȝ miniſterij tui vt ſm̄ formā pꝛe
ceptoꝛum tuoꝛū dirigant opera mea:
quatinus abdicata pꝛoꝛſus ſeculi va-
nitate:excluſaq̄ꝫ voluptate ac noxia cu
rioſitate/de cruce pn̄tis penitentie ad
triumphū gloꝛie ꝓueniaȝ eterne. Qui
cum. ¶ Meditatio ad nonā.

Ad nonam cogita:q̄ꝫ xp̄s pendēs
⁊ patiens in cruce felle ⁊ aceto potat9
eſt:cū ſe ſitire ꝯteſtatus eſt:ſed cū gu-
ſtaret potum amaꝝ/bibere noluit:hec
igitur ad hanc hoꝛā cum ad officiū ve
neris cogita ⁊ dic. Oratio.

O Dulciſſime ieſu vas ſumma ſa
pientia: cui nihil ſapit niſi bo-
num ⁊ iuſtum: indulge mihi ꝑ tua in
effabili clementia: quicq̄d deliqui per
guſtum aut per inordinatū appetitum
Et concede mihi virtutē diſcrete abſti
nentie: vt freno temperātie retraham
violenter, appetitū meum a ſuperflui-
tate cibi ⁊ potus. vt ſobrie viuēdo ani
mam meā transferam ad tuā ſapienti-
am: cuius melliflua dulcedine mens
mea ſuauiter refecta in te q̄eſcat. Amē
Cogita etiā ꝗ hora tali videlicet nona
xp̄s in cruce tormētis ⁊ penis fatigat⁹:
dicēs patri. Pater in manus tuas cō-
mendo ſpm̄ meū: ⁊ expirauit feliciter.

¶ Ora igitur ⁊ dic oratio.

O Deus infinite miſericordie ⁊ bo-
nitatis immenſe: q̄ deformitati mee cō
formis apparuiſti: vt deformia mea mi
ſericorditer reformares: mortem etiam
crucis pertuliſti indebitā: vt mea debi
ta eterna morte liberares: tribue mihi
ꝑ tua pietate veram ⁊ infatigabilem

in cruce penitētiali perſeuerantiam: vt de tua dulciſſima paſſione ſpeculū penitentie / ⁊ patiendi mihi faciā ⁊ iugiter adhibeam: atq; meum preciū veraciter attendens: ⁊ meipm ex precio fideliter appendēs: in ſanctiſſimas manus tuas ſanatam ⁊ immaculatā animam meam in exitu meo tradā: tecum ⁊ in te eternaliter victuram. Amen.

¶ Meditatio ad vſ.

Ad veſpas cogita: q; tali hora requiſita licentia a pylato: vt tollerent corpa crucifixorum de patibulis: pter inſtans feſtum ſabbati / venerūt milites ⁊ primi quidē ⁊ alterius: q̄ pendebāt cum Jeſu latrones: fregerūt crura ad ieſum vero cū veniſſent: ⁊ viderēt eum iam mortuū / non fregerūt eius crura. Sed vnus militū lancea latus eius apuit ⁊ ↄtinuo exiuit ſanguis ⁊ aqua ¶ Ora igit mente ſuplici ⁊ dic Orō.

O Uita cordiſ mei ⁊ amor me⁹ dulciſſime ihu lācea tui amorſ ſuauiſſimi cor meū pfūde penetra: vt recēti vulne

re charitatis tue ſalubriter: ſed incura
biliter ſauciatū: ꝛ in aqua lateris tui a
cunctis reatibus expiatū: atq̧ concupi
ſcentijs temperatū ꝛ refrigeratū: ſigno
precioſiſſimi ſanguinis tui munire: et
munitū finaliter recognoſcere digne-
ris: ꝛ agnitum inter beatos greges pa
ſcue celeſtiſ celeriter collocare. Qui cū

Ad completoriū meditatio.

AD completoriū cogita q̄ ioſeph
ab arimathia venit cū diſcipulis ieſu
ex permiſſiōe pylati: vt tollerēt corpus
Jeſu: venit ꝛ nicodemus ferēs mixtu-
ram mirre ꝛ aloes quaſi libras centū.
Ceperūt ergo corpus ieſu ꝛ ligauerūt
lintheis cū aromatibus Joſeph autē
mercatus ſindonē inuoluit corpus Je
ſu in ſindone mūda: ꝛ poſuit illud in
monumēto ſuo nouo qđ erat exciſſum
de petra. Hic attende quāto amore et
deſiderio hi duo venerunt ſcȝ Joſeph
ꝛ nicodemus ad deponendū de cruce
dn̄m ꝛ reuerenter ſepeliendū: q̄ ſuaui
ter tūc de manibus ꝛ pedib⁹ eius cla-

uos detraxeſt quanta pietate: ⁊ deuotione demiſſum corpus acceperunt: quam largo lachrimaruz imbre amplexati ⁊ deoſculati ſunt: quātam cordis flagrātiam ſuper oīa aromata tūc perſenſeſt Hec igitur deuota mēte recole ⁊ dic.

O Dulcedo ⁊ vita mea Oratio. dn̄e ieſu. Excide de lapideo corde meo tibi reclinatoriū ⁊ deſcende in cor meū vt iugiter ⁊ feliciter ſentiā tui dulciſſimi ⁊ iocūdiſſimi odoris flagrātiam: vt mens mea dulcedine ⁊ odore ſuauiſſime tue pn̄tie repleta/ dignū fiat tibi habitaculū. Uiciſſim etiā mens mea in te quieſcat ⁊ maneat ac poſt vite iſtius finem: tecū de morte reſuſcitatus: ad ineffabilē gloriam tuā feliciter perueniā. Amen. ¶ Explicit informatio religioſoꝝ de horis canonicis. Oratio dicēda ante pſalmodiā: vel horas canonicas vel quālibet oꝛonē.

S Uſcipe ſancta trinitas: pater filius ſpūſq; ſanctus hāc oblationē pſalmorum ⁊ orationū: quā ego indign⁹

peccator hodie offerre cupio: ⁊ quicq̄d
boni fecero ad laudem ⁊ gloriā nomi
nis tui: ⁊ in memoriā ⁊ recordationē
incarnationis: paſſionis: mortis: reſur
rectionis ⁊ in celum aſcenſionis vni-
geniti filij tui domini noſtri Jeſu chri
ſti: nec nō in honorē ſanctiſſime dei ge
nitricis Marie: ⁊ omnium ſanctoꝝ an
gelorū: patriarchaꝝ: prophetaꝝ: mar-
tyrum: confeſſoꝝ: virginū ⁊ omniū ſan
ctorum tibi placentiū: pro oībus pec-
catis ⁊ negligentijs meis: p̄ſentibus p̄
teritis ⁊ futuris ꝓ pace ⁊ vnitate eccle
ſie tue ſancte: ⁊ ꝓ omni populo xp̄ia-
no ꝓ animabus patris ⁊ mr̄is mee. fra
trum ſuoꝝ ⁊ omniū parentū meoꝝ vi-
uorum ⁊ mortuoꝝ: omniūq; benefa-
ctorum meoꝝ: ⁊ cunctoꝝ fidelium de-
functoꝝ: qui ab adā vſq; in hodiernū
diem de hac luce migrauerīt pro q̄bus
licet deprecari tuā clementiā: vt defun
cti conſortiū regni celeſtis: ⁊ vite ſpa-
ciū penitētie ⁊ emendatiōis ꝑ hos pſal
mos ⁊ has orōnes conſeq̄ mereamur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶Oro poſt pſalmodiā vel horas canonicas. vel alias orationes dicenda.

Liberator animarꝝ: mundi redēptor Jeſu chriſte dñe deus eterne ꝛ immortalis ſupplico clemētie tue per hanc orationē pſalmorum ꝛ orationum: quam ego indign⁹ peccator hodie legendo obtuli: ꝛ quicq̄d boni feci ad laudem ꝛ gloriā nominis tui: ac beatiſſime paſſiōis tue: ꝛ in honore ſanctiſſime genitricis Marie: ꝛ omniū ſanctorum angeloꝝ: patriarchaꝝ: prophetarum: apoſtoloꝝ: martyrum: confeſſorum: virginū: ꝛ omnium ſanctoꝝ tibi placentiū pro oībus negligētijs meis ꝛ pctis p̄ntibus p̄teritis ꝛ futuris Pro ſtatu ꝛ incolumitate ſancte totius dei eccleſie. Proqꝫ defenſoribus ꝛ gubernatoribus tocius xp̄ianitatis: ꝑ cōgregatione hac: ꝑ oībus cōgregationibus huic cōiunctis: ꝑ ſeniore meo ꝑ genitore ꝛ genitrice mea: ꝑ fratrib⁹ ꝛ ſororib⁹: ꝛ ꝑ oībus ꝓpinq̄s ꝛ familiaritate et ꝯſanguinitate mihi iūctis: et

ꝓ illis qui me ex ſacri fontis baptiſma
te ſuſceperunt: ⁊ in cōfirmatione epi-
ſcopi manū dederūt: ⁊ pro illis qui ſe
meis oratiōibus cōmmēdauerunt: et
q̄bus rogaui charitatē fieri: ⁊ quoruꝫ
timore: amore ⁊ aſpectu peccaui. Et q̄-
bus peccandi aditū conceſſi: tam viris
q̄ mulierib⁹: tā viuis q̄ defunctis: vt de
functi ꝯſortiū regni celeſtis: ⁊ viui ſpa
cium pn̄ie ⁊ emēdationis conſeq̄ me-
reantur. Libera me dn̄e de oībus ma-
lis ⁊ a prauis cogitatiōibus. Repelle a
me dn̄e concupiſcētiā carnalem: ⁊ im-
mundam pollutionē mentis ⁊ corpis
Eripe me dn̄e ab impedimēto ſathane
⁊ miniſtroꝝ eius viſibiliū ⁊ inuiſibili
um: qui querunt animā meam. Et mit
te angelum tuū ſanctum de celis: qui
cuſtodiat: ꝓtegat: viſitet: gubernet ⁊
defendat me ab hoſtibus viſibilibus
⁊ inuiſibilibus. Dirigatq̄ me in viam
veritatis: ⁊ qn̄ me iuſſeris de iſto corpe
exire non occurrāt mihi tēpeſtates te-
nebrarū: nec mihi poſſint nocere: aut

me diuertere de via tua ſctã nec a dex
teris nec a ſiniſtris. Sed pſta me ad te
venire Saluator mũdi. Qui.

¶ Decretũ ſiue cõſtitutio ſaluberri
ma cõcilij Baſilieñ. quomodo officiũ
diuinũ in eccl'ia ſit celebrandũ.

Si quis principē ſeculi rogaturꝰ
habitu honeſto: geſtu dicēti: prolatio
ne nõ pcipiti: ſed diſtincta: attēta quo-
qꝫ mente ſeipm ac verba ſua ſtudet cõ
ponere. Quãto diligentius in hoc ſa-
cro loco omnipotentē oraturus deũ
hec omino facere curabit. Statuit igit
hec ſancta ſynodus: vt in cũctis cathe
dralibus ⁊ collegiatis eccleſijs: horis
debitis: ſignis cõgrua pulſatione pre-
miſſis: laudes diuine per ſingulas ho
ras: nõ curſim ac feſtinant: ſed tractim
⁊ cum pauſa decēti: pſertim in medio
cuiuſlibet v̇ſiculi pſalmoꝝ: debitã fa-
ciendo inter ſolenne ⁊ feriale officiuꝫ
differentiã: ab omnibus pſoluantur.
Horas canonicas dicturi: cũ tunica ta
lari ac ſuper pellicijs mũdis · vltra me

dīas tibias longis.vel cappis iuxta tē
porum ac regionū diuerſitatē eccleſi/
as ingrediant̄.non capucia ſed almu/
cias vel birreta tenētes in capite. Qui
cum in choro fuerint.grauitatem ſer/
uent.quam et locus et officiū exigunt
non in ſimul aut cū alijs confabulan
tes ſeu loquentes.aut litteras vel ſcri/
pturas alias legētes. Et cum pſallēdi
gracia ibidem ꝯueniāt muta et clauſa
labia tenere non debent. Sed omnes
p̄ſerti ꝗ maiori fungūt̄ honore.i pſal/
mis hymnis et canticis deo alacriter
modulentur Cū dicitur gloria patri et
filio et ſpirtuiſancto. Omnes cōſurgāt
Cū nominat̄ glorioſum illud nomen
Jheſus in quo omne genu flectit̄. ce/
leſtium terreſtriū et infernoꝝ.omnes
caput inclinent Nemo ibidē:dum ho
re in cōmuni publice cantantur.legat
vel dicat priuatim officiū. Nam non
ſoluꝫ obſequiū:quo obnoxius ē cho
ro ſubtrahit:ſed alios pſallentes per/
turbat. Super his debite obſeruādis:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aliiſq; ad diuini officii pſecutionē. ac
chori diſciplinā ſpectantib⁹. decanus
vel cui onus incumbit diligenter in-
uigilet hincinde. nequid inordinate fi
at circumſpiciens. Hor; autē transgreſ
ſores illius hore in qua circa pdicta ex
ceſſerint vel alia maiori put grauitas
exigit plectant̄ pena. ¶ Quo tpe qſq;
debet eē in choro.

Qui in matutinis ante finez Uenite exul
temus In aliis vo horis ante
finē primi pſalmi. In miſſa an̄ vltimū
kyrieleyſon. vſq; in finē diuino officio
non interfuerit: niſi forte neceſſitate co
gēte: ac petita τ obtēta a preſidēte cho
ri licētia eū diſcedere opteat: abſens cē
ſebit̄ p illa hora. Saluis ecclīar; ꝯſue
tudinibus: ſi q̄ forte circa hec artiores
exiſtāt. Idē in his obſeruet̄ q̄ a pncipio
vſq; in finē in pceſſiōibus nō pſeuera-
uerint. Pro cui⁹ executiōe deputat̄ ali
q̄s. onus hn̄s. pſonas ſingulas notādi
ſtatuto tpe nō ꝯuenitēſ: iuramēto aſtri
ctus agere fideliter τ nulli parcē velit.

¶ De his q̄ in missa non cōplent cre-
do ⁊ cantant cātilenas vel nimis baſ-
ſe miſſam legūt aut ſine miniſtro.

Abuſum aliquarꝫ eccleſiarꝫ: in q̄bus Credo in vnū deum (quod eſt cōfeſſio ⁊ ſymbolū fidei noſtre) nō complete vſqꝫ ad finem cantatur: aut p̄fatio ſeu oratio dñica omittit̄: vel in eccleſijs cātilene ſeculares voce admiſcentur: ſeu miſſa etiā priuata ſine miniſtro aut p̄ter ſecretas orōnes ita ſubmiſſa voce dicit̄ ꝙ a circūſtantibꝰ audiri nō poteſt: abolētes: ſtatuimus vt qui in his trāſgreſſor inuentus fuerit: a ſuo ſuperiore debite caſtigetur.

¶ De impignorātibus cultū diuinū.

Abuſum etiā illum cultui diuino manifeſte derogantem: quo nōnulli eccleſiarꝫ canonici contrahentes debita: ſic ſe creditoribus obligāt: vt niſi ſtatuto tp̄e ſatiſfaciāt a diuinis ceſſent officijs: abolentes: ⁊ obligationem hmōi: etiam ſi iureiurando firmata ſit: irritā decernentes ſtatuimus: qui

talem illicitū contractuꝫ fecerunt: triū mēſium fructus ipi eccleſie applicādo ipſo facto ammittāt: ⁊ q̄diu non reſipuerint nullos ex ipſa ecctia ꝓuentus percipiant. ¶ Qualiter hore extra chorū dicende ſunt

Admonet hec ſancta ſynodus: ſi oratiōes deo acceptas incipiūt: vt non in gutture vel iter dētes. ſeu deglutiēdo aut ſincopando dictiōes: nec colloquia vł riſus int̄miſcēdo: ſꝫ ſiue ſoli: ſiue aſſociati diurnum nocturnūq̄ꝫ officium reuerenter: vbiſq̄ꝫ diſtinctis peragāt: ac tali in loco: vbi a deuotiōe non retrahātur: ad quam ſe diſponere ⁊ ꝑparare debent: iuxta id q̄d ſcriptū eſt: ante orationem ꝑpara animā tuam ne ſis quaſi qui tentat deū. ¶ Beatus Bernardus ſup cātica ſermone ſeptio de modo pſallēdi ſic ait.

Cibus in ore pſalmus in corde ſapit: parum ꝓdeſt ſola voce cātare: ſine cordis intentione. Deus enim cui nō abſconditur quicq̄d illicitum perpetrat̄, nō que

rit vocis lenitatē ſed cordis puritatē.
Pſallentibus dignāter admiſceri an-
geli ſolent. Ea ꝓpter attēdite angelos
cū ſtatis ad orandū ⁊ pſallendum: ⁊
ſtate cū reuerentia ⁊ diſciplina: nimiꝝ
miſſi in myſterium ꝓpter nos: qui here
ditatem capim⁹ ſalutis: deuotionem
noſtram ferūt in ſupna: referuntq; gra
ciam. Vſurpemus officiū quorum ſor-
timur conſortiū: laudem cum celi can
toribus in cōe ducentes: vtpute ciues
ſanctorum ⁊ domeſtici dei Hoc enim
bonum eſt: cū propter releuādos vite
pſītis labores qui vtiq; tolerabiliores
nobis fiunt exultātibus in laude dei:
tum qꝛ nihil ita ꝓprie quendam in ter
ris repreſentat celeſtis habitationis ſta
tum ſicut alacritas laudantiū deū. O
ſi quis haberet oculos apertos: vide-
ret q̄ cura: quo ve tripudio īterſunt cā-
tātibus: adſunt orantibus: inſunt me
ditantibus: ſuperſunt quieſcentibus:
ordinantibus ⁊ ꝓcurantibus preſunt
Agnoſcunt nimiꝝ ſuperne poteſtates:

conciues ſuos:et pro his qui heredita
tem capiunt ſalutis. ſollicite congau-
dent:confortant:inſtruunt protegunt:
ꝓuidentqꝫ omnibus omnia in oībus
Unde vos moneo dilectiſſimi:vere ſp
ac ſtrennue diuinis intereſſe laudibus
Strennue quidem vt ſicut reuerenter
ita ⁊ alacriter domino aſſiſtatis:nō pi
gri:non ſonnolēti:non oſcitantes:nō
parcētes vocibus:non ꝑcidentes ver-
ba dimidia:non integra tranſilientes
non fractis ⁊ remiſſis vocibus/mulie-
bre quoddam balba de nare ſonātes.
Sed virili(vt dignum eſt)ſonitu ⁊ af-
fectu voces ſanctiſpiritus depromen-
tes. Pure vero vt nil aliud dum pſalli
tis ꝙ̃ quod pſallitis:cogitetis:Nec ſo-
las dico vitandas cogitatiōes vanas
et ocioſas:vitande ſunt ⁊ ille(illa dū-
taxat hora ⁊ illo loco)quas officiales
fratres ꝓ cōi neceſſitate gerunt: q̄s etſi
neceſſario frequēter admittere cōpellū
tur. Sed ne illa q̄dē ꝓfecto recipe tunc
ꝯſulueri:q̄ forte pauloan̄ in clauſtro ſe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dentes in codicibus legeratis. Salu-
bria ſunt ſed minime illa ſalubriter in
ter pſallendū reuoluitis. Spūs enim
ſanctus illa hora: gratum non recipit.
quicq̄d aliđ q̄ꝫ debes: neglecto eo qđ
debes: obtuleris. Idē de Oratione In
cūctis actibus noſtris multa eſt opus
animi vigilātia. ſed precipue in orati-
one. licet em̄ ſemper videamur a deo
Sed in oratiōe etiam p̄ſentamus ꝛ oñ
dimus nos quaſi facie ad faciem cum
deo loquētes. Porro q̄ꝫuis vbiqꝫ ſit de
us. in celo tm̄ orandus eſt. ibiqꝫ oratio-
nis tpe cogitandus. Sic igit oret qui
orat. ſic ſemetipm conſideret ꝛ attēdat
tanq̄ꝫ preſentatū domino maieſtatis.

¶ Sequunt nunc quedā meditati
ones ſeu orōnes deuote. de quibuſdā
principalioribꝰ feſtiuitatibus anni. Et
primo de natali dn̄i noſtri Jheſu xp̄i.

SAbaoth arcē tenens initō
fineq̄ carēs. que tibi mu-
nia graciaꝝ genus huma
num ꝑsoluet⁹q̄ prothopa
rentem tibipi formaſti cō-
ſimilem ⁊ cū cuncta elementa tantum
verbo formares potēti manibus diui
nis ſolū hoīem ad tui cōpoſuiſti yma-
ginem ipſumq̄ eximio honore ſapien
ti tuo ditaſti ſpiramine: eo tenore vt ſi
in tui p̄cepti vigore perſiſteret: legē per
petua ꝑadiſi amena hereditaret. Sed
poſtq̄ vehemoth neq̄ſſimus: artibus
nepharijs ipſuꝫ ſubuertit expers deli
ciarum in lacū labitur miſeriaꝝ: oēm-
q̄ poſteritatē preuaricationis reā ſimi
lem eduxit in penā. Sed tu deus cōſo
latiōis. affectu tactus miſeratiōis. ma-
nuum tuarū opus in priſtinū reforma-
re decreueras decus ⁊ nō per angelū:
hoc nec facile tui per imperiū Sed per
reparationē hominis chari- verbum
tuum voluiſti incarnari: et in teſtimo-
nium eximie dilectionis filiū tuum te-

gmine indueras carnis. Laus tibi pa
tri glorie: q̄ noſtre condolens miſerie:
nunciū de alto miſeras celi. in vallem
noſtri exilij ſummū gabrielem. qui na
ſciturum p̄dixerat Emanuel. Aña orõ

Cantemus dño canticum nouū
iocundū: qui perditum hodie
renouauit mundū: pāganius tibi lau
des pia mater Maria: q̄a per te nobis
celeſtis reddita eſt patria. Genito ſum-
mo laus ſit ⁊ gloria: q̄ꝛ puer natus eſt
hodie de virgine Maria Bñdicta que
nos ſoluit a maledicto. Uirtus ⁊ impe
rium ſit paruulo vagiēti in cunis. qui
liberauit nos a legibꝰ duris. Claritas
⁊ celſitudo ſit tibi ſpiritus alme: qui
virginis inuiolate penetraueras aurē
ipſam tua obumbrās virtute. diuino
fecundaſti germine. O trinitas indiui
ſa: te toto mentis collaudamus niſu.
corde. voce. labijs perſoluentes debi-
tum laudis. O rex regū non me abho-
minerī reum: ſed te laudantiū vltimū
per natiuitatis tue exaudi gloriā: obli

uiſcere delicta iuuentutis mee: qui ve
ſtem induiſti mortalitatis noſtre. Eſto
cunctis ꝓpicius: quos tibi cōmendo
precibus: omniū bonorum congrega
tionem. per tuā ſanctam cōſerua geni
tricem. Et animas famuloꝝ famularū
qꝫ tuarum: quorū miniſterio aliquan-
tulum profeci in tuo ſeruitio: eos pro
lucratis talentis euāgelicis computa
ſeruis: bonis remunerās ſcripturis: il-
liſqꝫ preſta veniā remiſſiōis: ꝗ me ſua-
dente a tramite deuiauerūt rectitudi-
nis. Necqꝫ obnoxiū nimis ne precipita
ri ꝑmittas ab inimicis ſed ſuauiſſime
charitatis tue me accēde dono: qui ꝓ
nobis hodie factus es homo.

O Jeſu benigne ꝗ aulam ꝟginis
elegeras digne: ex qua naſci vo
luiſti ꝓ peccatorib⁹: me reuoca ab er-
rorib⁹: lapſum in delictis ſepe: ad cha
ritatis tue reduc p̄ſepe: tuis reuoca pe-
corib⁹ vt gaudens dicā cū paſtorib⁹.
Gloria in excelſis deo. Et in terra ⁊c.

¶ Alia oratio de eadem.

QUi egreſſus es ꝑ v̓ginis aluū
me a delictꝭ effice ſaluū. Ange
lorū cibꝰ q̄ teneros ꝓpter nos
ſuſtinuiſti vagitus: cor meum in tuo
amore accende vt te diligere valeā di-
gne. O lucifer eterne: q̄ hodie tenebraſ
noſtre viſitaſti terre: glorificamꝰ te cū
ſupernis ciuibus. q̄ deſiderabilis tuis
apparuiſti ouibus. Indutus hūanita-
tis noſtre forma vili. vt nos paradiſia
co redderes ouili. illa nos q̄s ꝑfunde
pace. quam angeli nobis in celi cōti-
nebant arce. vt iuxta preſagiū gabrie-
lis tu nobiſcū eſſe digneris. Illuc nos
tecū tranſuehendo ſuꝑ aſtra. vbi nun-
q̄ꝫ deeras cū noſtre humilitatis naſcē-
do viſitares caſtra. Et animabus eoꝝ
requiem eternā concede. qui in noſtre
congregatiōis morati ſuut cōuerſatio
ne. ⁊ animabus omniū fidelium de-
functoꝝ pietatis tue tribue refrigeriū.
Qui hodie ꝓ nobis natus es in diuer
ſorio. me miſeꝝ in celeſti pie cognoſce
p̄torio. Cū tibi ad iudicandū fuero p-

ſentatus.non me inſpicias facie irat⁹.
Sed per dulcē dilecte matris ſinu vul
tum oñde pium Ab auditu dānatiōis
eruens acerbo.ꝛ nunq̄ꝫ tali corripe v̓
bo. ps. Quid gloriarſ in mali. Orō.

Regia proles xp̄e me a callido ꝓ
tege hoſte. ne tue forme hono
rem decipiat per errorē. Qui nr̄e parti
ceps factus es nature. tuo me poſſide
iure.fili regis freno me tue circūda le
gis.cum ceperis iudicare tp̄l̄m in iuſti
cia.mea ne recorderis vicia. Sed qnā
do ſaluos facies filios pauperum.ad
eoꝝ me iunge conſortium. Oratio.

Qui in duoꝝ animalium iacuī
ſti medio.tue dilectiōis me in
flāma deſiderio: vt affectu om
ni tendens ad te.efficiar animal tuū pe
culiare. Nō illa digneris v̓ga regere.
que floruit de radice yeſſe. vt te ſuper
me manente ad illā ducas ſemitā.que
ꝑpetuā ducit ad vitā Am̄. ¶ Alia orō
ſeu meditatio de natali dn̄i.

Gaudemus oēs.qꝛ Maria pepe

rit ꝑlem cuius nomē ꝑmanet ante ſo-
lem. Felix illa dies in qua nob angeli
facti ſunt ciues. Soluta ſunt p̄me ma-
ledictionis iura: angeli famulant̄ ad
cunas. tali infantulo iubilemus nos
peccatores. q̄ angelos habuit obſtetri
ces. Quē tremit ſtelligera axis in aſper
ſis delectat̄ ſaxis: mollibus quibuſq̄
contēptis: vt ſubueniat redēptis. Nūc
cognouit bos ſuū poſſeſſorem. cogno
ſcimus ⁊ nos laudātes te noſtꝝ ſalua
torem. dicētes in bona voluntate: glo
ria tibi puer optate: q̄ veniſti deſidera
bilis. pacē ferens ꝑplis miſeris. cūctis
viuis ac defunctis: ꝑ quibus tegmen
ſuſceperas carnis: ⁊ me q̄ȝ a vicioꝝ ab
ſolue nexibus artis per interuentū pie
niſis. Spes. quā dirigo in ipām firmiſ
ſima. ſbueniat mihi in die nouiſſima:
deferatq̄ȝ in tuā preſentiā obtinens ve
nie plenam indulgentiā: vt per glorio
ſum tuū partuȝ. beatitudinis adipiſci
merear partē. Qui ꝑ nobis naſci vo-
luiſti in mūdo: miſerere mei in aduen

tu tuo ſecũdo: ne lampade extincta in tenebras exteriores mittar vinctus. Sz per veſtẽ fidei nuptialẽ intromittar in aulã tuam regalem. O fili magni imperatoris: cũ oĩm ore iure laudaris. memor eſto tue pietatis: quã tpe exhibuiſti tue natiuitatis. Ois lingua te iubilat digne: q̃ perdito orbi ſpem tui miſiſti ỽbi. Per iſtius diei feſtũ: exaudi me nimis meſtũ: ⁊ anxiũ in delictis. exaudi me cũ electis. q̃ non ꝓpter iuſtos. ſz pctõres noſtre pegrinationis viſitaſti terminos ¶ Itẽ alia oratio.

Natus eſt nobis infans ſine macula: qui hoſtis antiqui a nobis expulit iacula. ⁊ per humanitatis ſue hamũ ſerpẽtem cepit prophanũ: de cuius ore me erue eſu bone. per dulce virginis decus manuũ tuarum in me ne deſpicias opus. Sed cor meũ tuo tange digito: vt dextere excelſi in me fiat mutatio. Precor te dulciſſime domine. miſerere anime mee miſere: et in natalis tui feſtis, fac me letari cum iuſtis:



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et animas omniũ fidelium. in quietis colloca refrigeriũ Amen. ¶ Itē orationes de natiuitate dñi ad sanctā mariam ṽginē.

SAncta maria mater dñi nostri Jesu xpi: te adoro te laudo te glorifico: te bñdico: te magnifico: in hac sancta natiuitate vnigeniti filij tui adoro altitudinē ⁊ honorem ⁊ beatitudinē tuam: adoro virginitatem tuā: adoro sancta merita tua. q̄a sola fuisti digna inter oēs feminas portare dñatorē ⁊ creatorem celi ⁊ terre maris: ⁊ omniũ que in eis sunt Adoro beata viscera tua que portauerũt deum ⁊ hominem: adoro beatum ṽtrem tuũ qui portabat christum dominum: adoro beata vbera tua: que lactauerunt saluatorē mundi. Et p̄cor te beatissima dei genitrix virgo sctā maria: per amorē vnigeniti filij tui quem in hac nocte in salutē mei ⁊ omniũ in te credentiũ genuisti: vt digneris me exaudire ⁊ adiuuare in oībus necessitatibus ⁊ angustijs aīe ⁊ corpis ⁊ ñ de

relinquas me ſine adiutorio tuo v͛go ſanctiſſima in illa tremenda hora: qn̄ anima mea exierit de corpe meo: ſed p tua ſancta merita ꝛ interuentiones: eadem hora ſecurus perueniaꝫ ad portas paradiſi ante conſpectū dei vbi merear videre filiū tuum ꝛ leticiā ſempiternam cū illo ſine fine valeā hr̄e Amen

Alia oratio ad eandē

O pia ſancta Maria dulciſſima: ornamētum ſeculi: ꝛ gēma ac margarita celeſtis: tu porta paradiſi: tu ianua filij dei tu templū dn̄i: tu palacium xp̄i. Per te ſancta Maria dei genitrix porte paradiſi aperte ſunt: ꝓpter te pax inter homines ꝛ angelos facta eſt: per te mundus reſtauratus eſt: ꝓpter te porte tartari fracte ſunt: p te v͛go ſaluator mūdi natus eſt: per quē mundus ꝛ oīa bona cōdita ſunt. Tu domina ſancta maria gloria es hirl̄m: tu leticia iſrael tu exultatio mundi: tu permanes in regno filij tui vbi tibi ſuiūt angeli: archangeli: patriarche: prophete apoſtoli:

martyres:cõfeſſores:ṽgines Ideo pre
cor te clariſſima ⁊ beatiſſima ṽgo/toci
us mundi regina:dña ſancta Maria ꝑ
vnicuȝ filiũ tuum.ꝙ in hac nocte ex te
natus ẽ. vt non derelinq̃s me in oib⁹
neceſſitatibus aïe ⁊ corꝑis. Sed ſemꝑ
ꝓtegas ⁊ defendas me ab omnibus
inſidijs inimicoꝝ meorum viſibilium
⁊ inuiſibiliũ: ne valeant nocere mihi
nec inferre calumniã dolis ⁊ detractio
nibus ſuis:ſed ſint alligati ⁊ ↄſtricti in
hac ſacratiſſima nocte: vt nõ poteſtatẽ
vllam habeant in hoc anno:aut poſt
hac in me.

Alia orõ

Sancta dei genitrix ṽgo glorioſiſſima
ſemperqꝫ adorãda ⁊ veneranda te ꝓ
pter ſanctũ filium tuũ:qui in hac no
cte ex te naſci voluit/ſupplicare p̄ſumo
vt cũ omnibus choris angeloꝝ atqꝫ
omnium ſupernoꝝ ciuium. ꝙ in hac
chriſti natiuitate benedicũt ⁊ laudãt
eum in omnib⁹ miraculis ſuis:ad om
nipotentẽ filium tuũ preces effundere
ꝓ pctis meis digneris Succurre mihi

ſancta Maria ṽgo virginū vt interceſ
ſionibus tuis ſacris in melius muter
in hoc inſtanti anno ⁊ poſt hac felici
curſu viuere valeā ꝓpter illius largaꝫ
miſcđiam qui in hac nocte ex te naſci
dignatus eſt: ꝓpter tuā dignitatē ⁊ pu
dicicie meritū amen. Alia oṙo

D Omina ſctā Maria in ſinū tue
pietatis ⁊ clemētie ꝯmēdo hodie ⁊ ſꝑ
aīam meam ⁊ corpus meū: ⁊ oēs ſen-
ſus meos: ꝯſilia: deſideria: volūtates:
cogitatiōes ⁊ actus meos: ⁊ vitā meā
⁊ finē vite mee: vt per tuū ſanctū me-
ritum dirigant ⁊ diſponant ſ̄m tuaꝫ
tuiq; filij voluntatē. Eſto mihi dn̄a ad
iutrix ⁊ ꝓtectrix ꝯtra oēs inſidias ⁊ ṽ
ſucias ⁊ laqueos callidi hoſtis: ⁊ oim
inimicoꝝ meorum viſibiliū ⁊ inuiſibi
lium: ⁊ ꝯtra oīa illoꝝ ꝯſilia ⁊ volūta
tes: q̄ mihi vel ꝓpria voluntate velint
aut faciūt aut cogitant ſeu facere deſi-
derāt malū: vt nō poſſint in aliq̄ mihi
nocere vel vllū damnū inferre in aīa
⁊ in corpe. Et fac mecū dn̄a ſctā maria

per virtutē ſancte crucis/ ſignū in bo/
no: vt videat inimicus aīe ꝛ corporis
in die iudicij ꝛ confundat: qm̄ tu do/
mina adiuuiſti me ꝛ cõſolata es me.

¶ Alia oratio ad eandem.

SAncta Maria v̾go perpetua: ex
audi me miſerrimū peccatorē ad te cla
mantem: ꝛ intercede ꝓ peccatis meis
nimijs ꝛ ſupfluis. Et libera me ab om
ni malo preterito p̄ſenti ꝛ futuro: ꝛ de
fende me ab omni tribulatiõe ꝛ angu
ſtia: neceſſitate: calamitate ꝛ miſeria.
Ab omni hūana dānatione ꝛ confuſi
one nunc ꝛ in euū Amen.

¶ Item oratio finalis de natiuitate
dn̄i ad eundem ꝓ viuis ꝛ defunctis.

DOmine Ieſu xp̄e ſuſcipe preces
mei pctõris pro aīa patris mei
ꝛ matris mee: ꝛ ꝓ omnibus fidelib⁹
viuis ꝛ defunctis: qui me peccatorem
aliqua charitate: te inſpirante: ſpecia/
liter vnq̄ꝫ dilexerūt: ꝛ ꝓ omnibus illo
rum animabus: q̄ de noſtra cõgrega/
tione ex hoc ſeculo migrauerūt: ꝛ pro

illis q̄ me aliq̄d boni docuerūt: ⁊ quo-
rum me precibus cōmendaui. vel q̄ ſe
meis cōmendauerunt Et q̄ de terrenis
facultatibus ſuis mihi ſolacia p̄bue-
runt: qui ꝓprijs manibus laborando
mihi ſeruierūt. Et pro omnibꝰ ex quoꝝ
carne originē duxi: ⁊ qui mihi carnali
propinquitate cōiuncti ſunt. Et qui ꝑ
me aut ꝓpter me vel me agente vel ꝓ-
uocante quolibet modo peccauerunt
aut bonū quod agere debuerunt ne-
glexerunt: atqꝫ cunctis criſtianis viuis
⁊ defunctis gr̄e tue ſanctiſſime natiui
tatis ad ſalutē anime ⁊ corpis hic ⁊ in
eternum ꝓficiat. Tu es enī filius p̄ris
vnigenitus hodie ex virgine ⁊ matre
Maria corpaliter natus. Tu fons veri
luminis: tu paſtor gregis: tu lux credē
tibus: tu via errātibus: tu magiſter gē-
tibus: tu prior dn̄antibus: tu primum
mirabile: tu plenitudo ſpūſſancti. Tu
regnum celi tenes: tu ſempiternus dei
es filius: tu adiutor vēturꝰ es: tu ſpar-
gis nebulā: tu tocius boni inuentor:

tu illuminas gẽtes: tu gloria dei pr̄is:
tu futurus es ſempiternus: tu regnas
in ſecula ſecloꝝ. Amen. ¶ Sequunt
nunc oratiões de reſurrectiõe domini
nostri ieſu xp̄i.
IN memoriã ⁊ gloriã ⁊ laudẽ ſãncte reſurrecti
onis tue. ymnũ dicat oĩs creatura dñe
ieſu xp̄e. Et ego q̄uis pctõr ⁊ deliquẽs
hymnũ dico ⁊ gracias ago: veneran-
damq̄ crucẽ tuã adoro: ⁊ ſctãm reſur
rectionem tuã laudo ⁊ glorifico: q2 redẽ
ptus ſum. Ideoq̄ crucifixũ dñm lau-
do ⁊ ſepultũ ꝓpter me magnifico: re-
ſurgentẽq̄ a mortuiſ adoro: ⁊ peto vt
per te ⁊ ſctãm reſurrectionem tuã me a
morte aĩe reſuſcitare digneriſ. ℣. In re
ſurrectione tua xp̄e. Celũ ⁊ terra leten
tur. Hymn9. O vere digna hoſtia. qm̄s
auctor omniũ. Gloria tibi dñe q̄ reſur
rexiſti a mortuis. Ps̄. Cõfitemini dño
quoniã bon9: qm̄ in ſeculũ miſericor-
dia eius. Dicat nũc iſrael qm̄ bonus.
Ps̄. Exaltabo te deus meus rex. Ps̄.
Laudate dñm de celis. Ps̄. Bñdicite.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Te deũ laudam⁹. Gl̃ia in excelſis deo

Concede q̃s omnipo Orõ.
tens deus: vt qui ſanctã reſurre
rectionẽ tuaꝫ colimus. per hãc veniã
delictoꝝ: conſolationẽ anguſtiaꝝ: ef-
fectum petitonũ noſtraꝝ acq̃rere: ꝛ ad
gaudia eťna ꝑuenire mereamur. Sal-
uatoꝛ mũdi: qui querelas marie ange
lica viſione ꝛ ſuauiſſimis tuis allocu
tionibus cõſolari dignatus es: ꝑ eun
dem miſericoꝛdie fontẽ: ꝛ per illi⁹ me
rita ꝛ interuentũ meas anguſtias ro-
go ꝯſolari digneriſ. Alia orõ.

Redemptoꝛ deus: q̃ es vita viuẽ
tium: ꝛ ſalus moꝛientiũ: ſpes miſeroꝝ
qui hodierna die liber ꝛ letus ab infe
ris reſurrexiſti: da mihi partẽ pꝛime re
ſurrectionis ꝛ veniã delictoꝝ meoꝝ:
ꝛ gaudium cũ omnibus ſctis ſine fi-
ne manſurũ.

Omnipotens Oratio.
ſempiterne deus: q̃ hac ſacratiſ
ſima nocte cum potẽtia tue maieſtatis
reſurgens. poꝛtas infernales confregi
ſti: ꝛ omnib⁹ inibi detẽtis dexterã tue

miſericordie porrexiſti: ſcʒ miſerando
diuturnis penis eſtuātis gehenne cru
ciari. quos dudum ad ymaginē tuam
iuſſiſti creari: te queſo ego indignus:
ac vltima pars creature tue vt per ipi-
us gracie miſerationē: ac per ſanctiſſi-
me reſurrectiōis tue amorem: necnon
ſanctaꝝ animarum: quas hac ſacratiſ
ſima nocte de penis inferni ad celeſtia
perduxiſti. Simulqꝫ per omne myſteri
um qđ in ſancta reſurrectiōe tua cele-
lebraſti: mihi omniū peccatoꝝ meorū
indulgentiā largiri digneris: atqꝫ iraʒ
⁊ furorem tue vindicte a me repellere
⁊ auxiliū ⁊ conſolationē ⁊ ꝓtectionē:
gracie tue mihi in oibus anguſtijs cō
cedas. Et ſicut corpus tue hūanitatis:
qđ ad tempus ꝓ noſtra ſalute exuiſti
tercia die maieſtatis potētia reſuſcita-
ſti: ita animam meā ab omnibus pec-
catis ⁊ tribulatiōibus facias reſuſcita
ri: ⁊ in futura reſurrectiōe beatoꝝ ſpi-
ritibus iubeas aggregari. Inſup pe-
to: vt animā famuli tui pr̄is mei: ⁊ aīe

famule tue matris mee. ⁊ aīas omniū fidelium defunctoꝝ per hāc ſacratiſſimam nocté. ⁊ per ſanctā genitricez tuam ⁊ per interceſſiōes omniū ſanctorum tuorum de omnibus tormētis iubeas liberari ⁊ in ſocietate electorum tuoꝝ numerari cōcedas. Qui cū patre

¶ Orōnes de ſpiritu ſcto in die ſancto p entheCoſtes dicende.

Domine ſctē ſpiritus qui conſubſtantialis patri filioq; exiſtés. ab vtroq; inenarrabiliter procedēs. Qui ſup eundem dominū noſtrum in colūbe ſpecie. ⁊ ſuper ſctōs apoſtolos. in linguis igneis apparuiſti. te adoro. te laudo te glorifico. Depelle queſo a me tenebras tocius iniquitatis et perfidie. ⁊ accende in me lumen vite ⁊ ignem ſuauiſſimi amoris tui Qui Alia orō.

Domine ſancte pater oīps eterne deus exaudi oratiōnē meam p vnicum filiū tuum dn̄m noſtrum. qui illuminatiōe ſancte fidei tenebras expulit mundi ⁊ genus humanū myſte-

rio ſue incarnatiõis illuminauit. Et pſta: vt talis inueniar in die iuſti examinis qualiter me fons exhibuit baptiſmatis: q̃tinus ipſius pietate ⁊ miſericordia bonis opibus adornatus ad tuam melliflua͂ perueniã viſionẽ Qui

Veni ſancte ſpũs reple tuoꝝ corda fidelium: ⁊ tui amoris in eis ignẽ accende: q̃ per diuerſitatẽ linguarum cunctaꝝ gẽtes in vnitate fidei cõgregaſti all'a all'a. Ut grã̃m ſanctiſpũs cordibꝰ noſtris clemẽter infundere digneris te rogamus audi nos. Pſ. Beati immaculati in via. Oratio.

Deus ſpiritus eſto mihi peccatori ⁊ ne deſpicias in me opus manuũ tuarum: ſed ſalua me indignũ ⁊ nimium peccatorem. Alia oratio.

O Sancte ſpũs patris ⁊ filij fons perpetuus: ⁊ ſpũalis vnctio: veni ⁊ viſita cum tua grã mentem meã: egris moribus graue͂. Da mihi perfectã charitatem: diſcendi poſſibilitatẽ: memoriae tenaciã: cor docile: quo poſſim di-

ſciplinaꝝ tuarū ſtudijs erudiri: ⁊ ſacre ſcripture myſteria deuote rimari. Ps. Retribue. Oratio.

O Spiritus alme illuſtrator hominuꝫ/ horridas noſtre mentis purga tenebras: munda cor meum ab omni ſorde peccatoꝝ: ⁊ extingue in me omne incendiū libidinis: ⁊ da mihi charitatem perfectā ⁊ anime ⁊ corpis puritatem: Ps. Legem pone mihi

rum loquat omnium tantorum myſte-
riorum veritatē: ⁊ dulcedine. intus at-
que foris. vndique pfundat animā meam
illa gracia virtutū: ⁊ iudex omniū ve-
ritatum. vt ſic irradiādo ⁊ ſoporando
eam in ipo veritatis cētro ſtabiliat atque
cōfirmet. vt nec velim nec poſſim de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tantis myſterijs aliter ſentire: niſi ſicut
decet ⁊ oportet. Omnipotēs bonitas:
cuius pietatis aures ip̄is pauperum tu
orum deſiderijs patēt: intellige clamo
rem filij tui: preſta domine vt ip̄o men
tis palato ſumā. guſtem ⁊ ſapiam hec
ineffabilia ſacramenta. Magna enim
ſunt ⁊ mira valde: ⁊ ego paruulus in
eorum conſideratiōe deficio: quotiēs
ad ea intuēda fidei oculos attollo. Et
quia miro modo vtraq; nobis neceſſa
ria ſunt ad ſalutem: auctor inuiſibiliū
creaturarum: q̄ es ſumma ſubſtantia:
⁊ vna diuinitas atq; perſonarū vera ⁊
perfecta trinitas: te deum patrē exoro
ex quo omnia: ⁊ filiū tuum per quem
oīa: ſimulq; ſpiritum ſanctū in quo
omnia: te deum meū: quem vnum et
verum in trinitate cōfiteor: quo creati
et liberati ⁊ illuminati ſumus ſupplex
oro tantorum auidus myſteriorum: la
cta me: nutri me et in menſuram eta-
tis vſq; perfecti viri meam extende exi
guitatem: vt ſolidum hunc perfecto-

rum cibū capere valeam: impfectum eū̄ meum viderūt oculi tui. ¶ Feria quarta. Orō ſancti Auguſtini ad ſanctam trinitatē.

Domine da nobis te rectore: te duce inter ſcillam ꝛ caribdim iter cernere per medium: vt integra naui ꝛ ſaluis mercibꝰ ꝑuenire poſſimus ad te portū tutiſſimum: felix aīa que iam terreno ſoluta carcere libera celū petit: que beatis iā admixta ſpiritibus maieſtati tue ſecura nunc aſſiſtit: qꝛ te iā incircūſcriptū lumen cernit: que nullo metu mortis vel hoſtis afficit̄: que incorruptiōis ꝑpetuo mūere letat̄: vtinā ita ſuccedat ꝛ mortale hoc induat immortalitatē. Nunc eī̄ hanc diuitie iactāt: paupertas deijcit: iuuentus extollit. ſenectus incuruat ꝛ infirmitas frāgit: meror deprimit: ꝛ poſt hec oīa mors interimit vniuerſis gaudijs finē imponens. Iā cꝫ adueniat ꝛ aduolet illō regnū obſecro carēs morte: vacās fine: cui nulla tempora ſuccedūt per euū: vbi con

tinuus ſine nocte dies/neſcit hře tem
p⁹: vbi illi angelorꝫ hymnidici chori
ꝛ ſupernorꝫ ciuium ſocietas:vbi dul/
cis ſolēnitas ab opere generatiōis hu
ius triſtis laboris redempta/ad horū
ſanctam frequentiā ꝛ tue inſpiciende
pulcritudinis menſurā ꝛ ſine fine leti
ciam/fac me dn̄e deus toto corde in/
tendere:viriliter currere: feliciter ꝑue/
nire:ꝛ interim dū maneo in iſto corꝑe
in his ſemꝑ meditationibus mentem
meā bonorꝫ inſinuator exercere. Mū/
da igiť cordis intuitū ꝛ mētis affectū
Accēde celeſti igne animū. vt te ſoluꝫ
amem:te ſolū in corde habeā ꝛ in ore
qui es futurꝫ nobis ſine fine premiū:
ꝛ vt pondus mortalitatis mee leuius
feraꝫ:da lumen in corde: da verbū in
ore: aperi ſanctarꝫ ſecreta ſcripturarū:
ꝓfunda myſteriorꝫ regni tui viſcerib⁹
meis ꝓpina. Da ex amore tuo lacrimas:
da fidei vitutūq; pennas:q̄bus indu/
tus rurſus ad te volitē:ꝛ prorſus celū
petam:hoc ꝑ te ꝛ de te ꝛ in te cōfiteor.

O beata ⁊ benedicta ⁊ glorioſa trini-
tas. O vera ſumma ſempiterna vnitas
pater filius ⁊ ſpūſſanctus. Confiteant̄
ergo tibi dn̄e omnia opera tua: ⁊ ſan-
cti tui benedicāt tibi. Et ne confitendo
reſipiſcant: nō ceſſent a laudibus tuis
peccatores: quoꝝ vnus ego licet pecca
tis premor corde tamē deſideranti tu-
as decanto laudes Sed ſi non ea qua
debeo laude ⁊ dignitate. facio tamen
qua valeo facultate. Reſpice queſo ſe-
reno vultu ad hoc mee exiguitatis ob-
ſequium: ⁊ ꝓpiciabili dignatione acci
pe tantillum ſacrificiū confeſſionis fi-
dei mee vt ad te redeat: quod a te ve-
nit: non reſpiciēs ad illud tantum qđ
deuotus offero: quantū ad ea que de-
uotiſſime dicere volo: q̄cquid te decet
vel offendit. vt cognoſcat anima mea.
vtinaꝫ poſſim talia qualia illi hymni-
dici chorum angelorum. O q̄ libenter
tuis in laudibus me totū infunderem
⁊ luculenter in medio eccleſie carmen
tue glorie infatigabiliter perorarem.

Sed quia vt illi nequeo ꝓrſus tacebo Ve domine tacētibus de te: q̄ ora mutorum ſoluis: ⁊ linguas infantium facis diſertas: verum quia paruulis licet balbutire ſuſcipe ſacrificium de manu lingue mee de cordis amore. Sꝫ ignoſce domine rogo indigniſſimo ⁊ infelici tecū de te diutius loquenti ſeruo. Ignoſce pie: qꝛ nō temeritate p̄ſumptionis: ſꝫ auiditate tui deſiderij has oratiōes aſſumpſi: vt breue ⁊ manuale v̄bum de te ſemꝑ haberem: ex cuius lectione/quotiēs tepeſco in tuū reaccendar amorem. Sumus enī in medio laqueoꝝ poſiti: ⁊ ideo facile refrigeſcimꝰ a celeſti deſiderio: vñ indigemus aſſidue monimēto quo expergefacti ad te noſtrum verū ſummūq3 bonum cū defluimus recurramus. Qui.

¶ Feria quinta oratio ſancti Auguſtini ad ſanctam trinitatem:

O Deus lux vera: q̄ ſine acceſſu. ea q̄ elegꝭ illuſtras: ⁊ ſine receſſu. ea q̄ reſpuis. deſerꝭ. Deus cꝰ vnigeniti fides nos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

excitat:ſpes erigit:charitas vnit:deus
ꝙ petere iubes ⁊ inuenire facis:⁊ pul‑
ſantibꝰ aperis. Deus a quo euerti‑ ca
dere eſt:ad quē redire‑reſurgere eſt:in
quo manere‑cōſiſtere eſt: deus quē ne
mo amittit: niſi deceptus: nemo que‑
rit:niſi monitꝰ:nemo inuenit:niſi pur
gatus: deus quē neſcire mors eſt: quē
ſpernere‑perire ē:cui ſeruire‑ regnare ē
te laudo:te bn̄dico:atqꝫ adoro:tue cle
mētie atqꝫ bonitati grās agens ꝓ vni
uerſis donis ⁊ beneficijs tuis atqꝫ da
tis:⁊ ꝓ omnibꝰ bn̄ficijs miſericordie
tue:que aīe corpiqꝫ meo largiris:⁊ ſꝑ
largitꝰ es a puericia ⁊ a cunabulis me
is:⁊ ꝓpter te ⁊ nomen ſctm̄ tuum. Da
igitur dn̄e mihi rogo ſpaciū locumqꝫ
⁊ fructus dignos penitētie:da cor cō‑
tritum ⁊ humiliatū. Da lumen in cor‑
de: vires in corpe:vt que agenda ſunt
videā:⁊ ad ea implēda:que de eis vi‑
deo. fortiter conualeſcā. Miſerere mei
dn̄e:miſerere mei. Ne ꝑdas me queſo
cū peccatis ⁊ negligētijs meis. Da mi‑

hi ꝓpter nomen tuū. tu qui iuſtificas
impios ⁊ viuificas mortuos ⁊ mutas
pctōres. graciam tuā: ⁊ emunda vitā
meam: meliora actus meos: compone
moreſ meos: tolle de me qđ tibi diſpli
cet ⁊ mihi nocet: ⁊ tribue ꝑ bonitate
tua: qđ noſti tibi placere ⁊ mihi ꝓdeſ
ſe. Fac me pcor clemens dn̄e per gra-
ciam tuā talem: cui oīa poſſibilia ſunt
vt placere valeā coram oculis in veri-
tate. Tuā piam non abhorreo medici
nam Sū enim valde infirmus queſo
medere lāguores meos: excoque ſco-
riam peccatoꝝ meorum vſqꝫ ad purū:
priuſqꝫ abeā modis q̄bus tibi videt.
Sed rogo dn̄e per tuā miſericordiā: ⁊
rogare non ceſſo: qđ nimis deſidero.
Mollifica cor meū durum ⁊ lapideū:
tua mirabili vnctiōe: mollifica me p-
cor ⁊ fac me ꝑ ignem cōpunctiōis ho-
ſtiam viuā coraꝫ te quottidie fieri. Re
ſpice in me dn̄e ⁊ miſerere mei: da mi-
bi effectū petitiōis ⁊ deſiderij mei. Da
capiti meo aquā inmēſam: ⁊ ocl'is ite

rium̄ infunde fontē lachrimarꝝ iugiter manantē: vt ꝑ vulneribus aīe mee indesinenter diebus ac noctibus defleā donec tēpus acceptabile: donec dies ſalutis. donec vacat flere mala que feci: ⁊ quottidie facio: vt ꝑ labores penitentie, vita eterna ꝑfrui merear cū bonis. vel vltima ſaltē portiōe cū iſto latrone venerabili: qui per vnū verbuꝫ factus ē heres paradiſi in ipſo mortis articulo: quē ꝓpter multitudinē miſericordie tue ⁊ bonitatē exaudiſti: exaudi pie Jeſu preces ſerui tui: reminiſcere miſerationū tuarum: q̄bus mirabiliter ⁊ miſericorditer ſubueniſti hūano generi ꝓpter bonitatē: qm̄ nos amaſti. paſtor bone qui ꝓprio filio tuo nō pepercisti: ſed ꝑ nobis impijs tradidiſti eū. Subditus ille fuit tibi vſq; ad mortem: mortē autem crucis: ꝑ nobis victor tibi factus ē victima: et ſacerdos ſacrificiuꝫ meritū: mihi valida ſpes in illo eſt: qui ſanabat omnes languores meos. ꝑ eum qui ſedet ad dexterā tuaꝫ

et interpellat᷑ ꝑ nobis. Deſperare vtiq̄ poſſem. niſi verbū tuum caro fieret et habitaret in nobis. Si enim cū inimici eſſemus recōciliati ſum⁹ tibi p mortem filij tui. q̄nto magis nunc ſalui facti᷑ ab ira p ipſum? Gr̄as itaq̄ʒ ago tibi indulgētiſſime pater: ⁊ ꝑ ſancta incarnatione tua. paſſiōe morte ⁊ reſurrectione: ⁊ in celū aſcenſione dn̄i noſtri Jeſu xpi tui. Benedico nomē tuum totis viſceribus meis ꝑ illa ſacratiſſima ſanguinis effuſiōe: qua ſumus redempti. Imploramus ineffabilē miſericordiā tuam. ne ꝑmittas nos eſſe ingratos de tātis beneficijs: nec indignos tā multis miſeratiōib⁹. Sumus enim ꝑs tua nō vilis. q̄s placuit tibi tanto redimere ꝑcio. Qui vi. ¶ Orō ſancti Auguſtini ad ſanctā trinitatē. Feria ſexta.

Deus ineffabilis ⁊ incircūſcripte nature. inſtitutor oim reruʒ dn̄i nr̄i Jeſu xpi pater: quippe eundē filiuʒ tuum dilectū de ſinu tuo miſiſti ad publicū noſtr᷑ ſuſcipe vitā nr̄am. vt nob

donaret ſuã:eſſetqꝫ ꝑfectus deus ex pa
tre ⁊ ꝑfectus homo ex matre:totus de
us ⁊ totus hõ vnus ⁊ idem xp̄s: eter-
nus ⁊ tp̄alis:immortalis ⁊ mortalis
creator ⁊ creatus:fortꝭ ⁊ infirmus: nu
tritor ⁊ nutritus:paſtor ⁊ ouis:tempo
raliter mortuus: tecū ineternū viuēs:
dator vite eterne:municipiū ꝓmittēs
dedit nobis ⁊ dixit. Quodcunqꝫ pecieri-
tis patrē in noīe meo dabit vobis Ob
ſecro itaqꝫ dn̄e ⁊ nimis pium rogo in
noīe dulciſſimi filij tui:vt des mihi cū
eodem filio tuo te in oībus benedice
re ⁊ glorificare:qꝛ quoꝝ vna eſt ſubſtā
tia. vnū eſt ⁊ datū. des ergo ꝑ illum ⁊
cū illo peccatoꝝ meorum veniā:⁊ mā
datorum tuoꝝ cuſtodiā:dilectionē fi-
lij tui ⁊ firmū amorem:cōtra dyabolū
fortia hūilitatis arma: ⁊ erga fratres
veritatē perfectam:⁊ charitatē inextin
guibilem:temperantiā cibi ⁊ potus ⁊
ſomni:⁊ tocius aīe deſiderij cōtinen-
tiā:auditum caſtū:ſimplicē viſum:pu
ritatem cordis:mūdiciam corꝑis ⁊ co

gitatiōꝫ mūdā cordis oriſqꝫ cuſtodiā: vt nec cor intus iniq̄tatē ↄcipiat: nec lingua foris ꝑiuret: nec falſa loquat̄: non taceat vera nec ſalutifera abſcondat: nec mortifera ꝓferat. Precor etiā te: vt des mihi aſſiduitatē orandi: vires ieiunādi: frequentiam legēdi: vt p̄cepta tua infatigabiliter legā: quod ē rectuꝫ teneā: quod deforme deponā quod pulchrū excolam: qđ ſanum ſeruem: quod infirmū corroborē: ⁊ omne qđ tibi placet cuſtodiā perſeueranter: des mihi inſuꝑ deſpicere tꝑalia ⁊ totis viribus eterna diligere: ⁊ mortuus mihi deſpiciā ⁊ tibi viuā: non gaudeam nec lugeā de temporalibꝰ: nec metuā quod tꝑale eſt: nō blandis corrumpar neqꝫ aduerſis deijciar. Rogo ergo pater clementiā tuam in noīe filij tui: circūcide augmentū perfectionemqꝫ virtutū: illumina ſenſuꝫ ⁊ animam: vt illud a te petā quod te delectat audire. Doce me q̄d cogitare: q̄d agere: q̄d loqui: quid tacere debeam.

Da mihi prudentiã. fortitudinẽ. iuſticiam atq₃ temperantiã: da diſcretionẽ diſcernendi inter dexterã ꝛ ſiniſtram. Da ſenſum vigilẽ: ꝛ ꝓuidum intellectu₃: vt poſſim bona ꝛ mala diſcernere: aufer a corde meo alienatiões: cura in me ſtuporẽ mentꝭ. Stirpa ex viſceribus meis inutilia: ꝛ eradica iniquitates: recipe de lĩgua mea detrahẽdi cõſuetudinẽ: mentiendi facilitatẽ: loquẽdi ſcurrilitatẽ: ꝛ omnes actus vanitatis arte tue medicine. ſana in me. Da mihi perfectionẽ in moribus: tene me v̓tute omnipotẽtie tue: ꝛ nõ ſinas vagari proprij arbitrij libertatem. Juxta prudentiã tuam diſpone omnẽ viam meam in tua voluntate: animã hanc peccatricẽ ꝑ qua mortuus eſt xp̄s non ꝑmittas perire: frenũ tuum in maxillis meis pone: ꝛ tã q₃ manſuetũ trahe me poſt te. Tu enim cũcta que mihi expediũt noſti: nõ mihi: nõ dyabolo. nõ mundo. non alicui alij licet tua dona ſubuertere: quia totũ fragile eſt quod

tibi nitiť obuiare. Feciſti eñ mecum
miſericordiā tuam multā/perficere qđ
feciſti. Da mihi ſemꝑ ꝛ vbiq̃ cōtra ho
ſtem crudeliſſimū tue pie defenſionis
auxiliū: vt ſicut fragilitatē meam ille
immundus nō ceſſat petere. ita tuis co
gať viribus abſcedere: p̄ſta vt ſim par
uus in oculis meis. vt corā te inueniā
graciā. Adauge mihi firmā fidem: ſpē
inconcuſſam: charitatez humilitatēq̃
perfectam: patientiā: inuictiſſimā: cor/
poris ꝛ anime caſtitatē ꝑpetuā. Da mi
hi cordis cōtritionē: lacrimarum fon/
tem. Da ſimplicē innocentiā: puritatē
cordis: cōſcientiā rectam: ꝛ integritatē
mētis. Da vires ꝛ v̓tutes vt victor mei
in cunctis exiſtam: dn̄etur in me ratio:
ꝛ rationi dn̄etur gr̄a tua: vt nō viuam
beſtialiter raptus impetu carnis: ſz ſit
cōuerſatio mea modeſta ꝛ rōnabilis:
fac me prouidū ꝛ in cūctis diſcretū: tri
bue mihi nulli occaſionē ſcandali p̄/
bere: ſimplicitatē ꝛ veritatem diligere
ꝛ inſtāter/ea que ſunt pacſ/ſequi. Per.

¶ Sabbato oro̅ ſancti Auguſtini ad ſancta̅ trinitate̅.

PAter om‑nium bonoꝝ: deus pr̄ cui nun q̄ȝ ſine ſpe miſericordie ſupplicat̄ cum filio tuo ⁊ ſpu̅ſancto. Da qd̄ a te deſi‑derat aĩa mea: ⁊ qd̄ a te poſtulat me̅s mea. quoꝝ enim vna ē ſubſta̅tia: vnu̅ eſt ⁊ datum: vna op̄atio: vnum donu̅ vnaq̄ȝ poteſtas. Lo̅ge fac a me domi‑ne omne̅ ypocriſim: oe̅m ſimulatione̅ ⁊ fac me tibi ſeruire in veritate. Conce de queſo mihi dona aĩe: vt alacri cor‑de obuia̅ tibi concurrere valea̅. Exci‑ta corpus meu̅ ſtimulis tuis: ⁊ fac me ſtrennue p̄ſeuerare in p̄ceptis ⁊ laudi bus tuis die ac nocte. Da mihi ſcienti‑am humile̅: que edificat lingua̅ erudi tam ⁊ loquente̅: vt ⁊ bonos valeam ad meliora exhortari. ⁊ malos ad re‑ctitudinis linea̅ reuocare. Infunde q̄ſo cordi meo ſpm̄ ſapientie ⁊ intelle‑ctus: ſpiritu̅ conſilij ⁊ fortitudinis: ſpi ritum ſcie̅tie ⁊ pietatis: ⁊ reple me ſan cto timore ⁊ amore tuo. Da irriguu̅ ſu

periuſ:⁊ irriguū inferius Da mihi be
nedictionē de roꝛe celi. ⁊ pinguedine
terre abundantiā. Da vt aīa mea arde
at igne amoꝛis tui:fac me mūdo peni
tus extingui. Cōcede mihi coꝛ contri/
tum ⁊ humiliatū ſemꝑ habere corā te
Fac me per grām tuā peccata mea do
lere anteq̃ moꝛiar. Da mihi tota aīa ⁊
totis viſceribus meis exq̄rere faciē tu/
am ſemper. Infunde dilectionē tuam
pectoꝛi meo:⁊ ſcribe dulcē memoꝛiaꝫ
tui in tabulis coꝛdis mei. Illuſtra me
celeſtis patrie luce. ⁊ ymaginē tue pru
dentie non ſinas in me obfuſcari. Cō/
cede mihi fragiliſſimo/ſanctoꝝ patrū
imitari veſtigia:da mihi manſuetudi
nem.modeſtiā. tolerantiā:benignita/
tem paupertatē longanimitatem: coꝛ
dis contritionē ⁊ fontē lachꝛimaꝝ:ci/
bi potuſqꝫ abſtinentiā:labioꝝ mun/
diciam.ſpūale gaudium. ⁊ mūdi con
temptū.maxime a te dn̄e charitatē ef/
flagito. aīe ⁊ coꝛpoꝛis pudiciciā ſicut
illis feciſti. Precoꝛ te ꝑ filium tuū reſpi

ce in me ⁊ miſerere mei: exaudi oratio
nē meā: ⁊ da mihi ſcientiā ꝓpter mul
titudinem benignitatiſ tue: que mecū
iugiter perſeuerans/doceat me incede
re in miſericordia corā te ⁊ voluntatē
tuam oībus diebus vite mee implere
Hanc rē peto: que cū amicis pacificū.
⁊ cū inimicis reddat trāquillum: que
me a v̄bo aſpero mitiget. ⁊ ab ocioſo
ſermone cōpeſcat: que me ſp deū. vel
que dei ſunt cogitare cōpellat. ⁊ ocl'os
meos ab iſto vano ſeculo auertat. que
mihi horā mortis ante cōſpectū inge/
rat ⁊ hic gaudere ꝓhibeat: que molē
peccatorum meoꝝ conſiderare ⁊ plan
gere faciat. ⁊ non alioꝝ delicta vel fe/
ſtucam leuiſſimā ꝑſcrutari. Poſtremo
omnia mūdi ꝓ nihilo hr̄e. ⁊ ſicut piiſ
ſima miſericordia tua dediſti volunta
tem mihi veniendi ad te. ſic per illam
donare digneris mihi ſapientiā ⁊ in/
tellectū. virtutē benignitatē ⁊ magnā
graciam tuā. ſine qua nec loq̄ nec age
re aliq̄d boni valeo. Et q: ipe vnigeni

tus tuus dixit. Nemo venit ad me. niſi
pater qui miſit me traxerit eū. ⁊ nemo
venit ad pr̄em niſi per me. obſecro ita
ꝙ ſancte pr̄. ⁊ deus noſter. trahe me tu
ad ipm̄. ⁊ ipſe me perducat ad te. illuc
vbi ipſa in dextera ſedēs eſt eterna vi-
ta. vbi eſt amor ꝑfectus. timor nullus
dies eternus ⁊ vnus omnipotēs deus
Qui viuit ⁊ regnat. ¶ Sequuntur
oratiões quedā deuote multū ad bea
tam virginē mariam dicēde in eius ſo
lēnitatibꝰ. aut in diebꝰ ſabbati ⁊ pſer
tim in eccl̄ijs ipſi btiſſime v̄gini ꝯſecr̄
LOquar ad cor tuū O maria ſpe
culum claritatis angelice. Lo-
quar ad cor tuū mundū domina mū-
di. ⁊ adorabo ad templū ſanctū tuuz
ab interioribus aie mee. Saluto ex in
timis p̄cordijs meis immaculatū cor
tuū. quod primū ſub ſole fuit dignuz
ſuſcipere egredientē de ſinu patris vni
genitum dei ſalue ſanctuariū ſingula
re. quod dedicauit ſibi deus in ſpiritu
ſancto. Salue ſctm̄ ſanctorū. qđ dedi-

cauit ſummus pōtifex celoꝝ. mirabili
ꝛ ineffabili introitu ſuo Salue archa
ſanctificatiōis. continēs in ſe ſcriptu-
ram digiti dei. Salue vrna aurea. ha
bens celeſte manna plenū delitijs an
gelorum. in te dulce ꝯuiuiū. in te oēs
delitie. in te electuariū ꝛ ſapor oīs gra
cie. Salue cor virgineū ſancte trinita
tis inuiolabile ſacrarium. ꝛ nobiliſſi
mum receptaculū. in quo diuinitas
hūanitati vnita eſt ꝑ amoris oſculuȝ.
Jubilo ſempiterno implearis. tu con
cha ſmaragdina. cuius viror nūꝗ̄ ex-
palluit. que ſuperno regi. noſtrā ſalu-
tem ſitiēti, ꝓbatiſſime fidei dulce ne-
ctar ꝓpinaſti. in illa hora qua ad ſalu
tationē archangeli eructaſti verbum
bonū dicens. Ecce ancilla dn̄i. fiat mi
hi ſm̄ verbū tuum. Magnificet igiť
omnis anima te Mariā dulcedinis ꝛ
beatitudinē tui ſacratiſſimi cordis. vn̄
noſtra ꝓfluit ſalus. collaudet te om-
nis lingua ꝑ eterna ſecula ſeculorum
Amen. Saluete oculi ꝟginei omniū

oculoꝝ feliciſſimi. qui ſplendorē pa-
tris eterni obumbratū carne meruiſtꝭ
videre leticia ineffabili. in forma par-
uuli p̄ filijs hominū ſpecioſi. Salue-
te aures ṽginee. que meruiſtis audire
angeloꝝ choros laudibus extollētes
infantē. celū terramq̨ʒ regentē: ⁊ p̄ris
ſuauiſſimū ṽbū caro factū. vagiētē in
ter arta p̄ſepia poſitū. leticiaq̨ʒ ploran-
tem. omnēq̨ʒ lachrimā ab oculis ſan-
ctorum abſtergentē. Salnete nares ṽ-
gine. hauriētes diuini flatus ſpiramē.
quod vaporauit ex ore deifici paruuli
O camin⁹ ille. in quo ardēt ſeraphin.
O paradiſus voluptatꝭ. O diuina pe-
ctoris amatoria refrigeratrix: quantis
pulſibus amoris cōcuſſum eſt cor tuū
cū viuificus ſpūs dei: tanq̃ auſter te ꝑ-
flauit ꝑ ſpiritum tuū totum ſibi attra-
xit? Salue os virgineū: ad oſculandū
⁊ ſalutādum dei filiolū ſuper omnia
digniſſimū: blandiens diuino infan-
tulo reſidenti in tuo ṽginali gremio:
⁊ demulcēs vt paruulū angeloꝝ do-

num adorāſq; creatorem omniū. pro/
lem ex xpriis viſceribus genitā. Sal/
uete man⁹ virginee. que meruiſtis at/
trectare ꝛ vlnis trementibus baiulare
deum. quē celi non poſſunt capere pa
nemqꝫ angeloꝝ paſcere in hūana eſu
rie. Saluete vbera v̓ginea. que rex ce/
lorum. qui paſcit omnia. ſuxit de te/ o
virginū pulcherrima. Saluete pedes
virginei. ꝑfecte ſequentes veſtigia filij
dei in charitate inſeꝑabili. quia ipſa
mortis calamitas te matrem non diſ/
iunxit a filio. ſed tranſfixa morte vnici
pignoris iuxta crucē ſtetiſti immobi/
lis. Saluete virginei corꝑis mēbra ſin
gula/ diuine oꝑationis inſtrumenta.
nobiliſſima manu ſapiētie exciſa. que
iniuncta ſancte trinitatis officia adim/
pletiſ in ſumma reuerētia. O v̓go bea
tiſſima. ꝛ omni laude digniſſima mr̄
Jeſu xpi cariſſima. per oīa que beatiſ/
ſima trinitas in ſanctiſſimis mēbris tu
is operata eſt magnalia/ ſuꝑ omnia ei
us opera. ꝛ ꝑ illud ineffabile gaudiū

quod in cõceptu ⁊ in partu filij dei in
oibus mẽbris tuis ſenſiſti. dignare de
ſingulis mẽbris tuis dulcedine redũ/
dantib⁹. in me ſtillare grãm tãta effica
cia. vt perfundat̃ corpus meũ ⁊ aĩa. et
ſctificent̃ oĩa mẽbra mea. vt de cetero
nunq̃ moueant̃ ad praua opa. ſed ſer
uiant amori tuo cũ leticia. ⁊ ꝑ amorẽ
viuificent̃. regant̃ ⁊ roborent̃ ⁊ ꝑfici/
antur vſqʒ ad exiccationẽ medullarũ
omniũ oſſium meorum. Amen.

Alia oĩo ad ſctãm mariã ſcti Aug⁹.

Maria tu illa magna Maria. tu
illa maior beatarꝫ mariarũ. tu
illa maxĩa feminarꝫ. Tu dñã magna ⁊
valde magna. te vult cor meũ amare.
te cupit os meuʒ laudare. te deſiderat
venerari mens mea. te affectat exorare
aĩa mea. q̃a tuitioni tue ſe cõmendat
tota ſubſtãtia mea. Enitimini viſcera
aĩe mee. enitimini quantũ poteſtis. ſi
q̃d poteſtis oĩa interiora mea. vt eius
merita laudetis: vt ei⁹ btĩtudinẽ ame
tis. vt ei⁹ celſitudinẽ admiremi. vt ei⁹

benignitatē deꝑcemini: cuius patro-
cinio quottidie indigetis: indigendo
desideratis: desiderādo imploratꝭ: im
plorando impetratis: ⁊ si nō ꝯm desi-
derium veſtrū. tamen ſupra vel certe
contra meritū veſtrum. Regina ange-
lorum: dn̄a mundi: mater eius ꝙ mun
dat mundū: confiteor q꞉ cor meū ni-
mis ē immūndū: vt merito erubeſcat
in tā mundā intendere: nec digne poſ
ſit mundā intendendo cōtingere. Te
igitᷣ mater illuminationis cordis mei
te nutrix ſalutꝭ mee mētis: te obſecrāt
quantū poſſunt cūcta precordia mea.
Exaudi dn̄a: adeſto ꝓpicia: adiuua po
tentiſſima. vt mundentᷣ ſordes mētis
mee: vt illuminentᷣ tenebre mee: vt ac-
cendatur tepor meus: vt expergiſcatᷣ
torpor meꝰ: q̄tinus ſicut tua beatitas
ſuper oīa. poſt ſummū omnium filiū
tuum. p omnipotentē filium tuū. ob
glorioſum filium tuū. a benedicto fi-
lio tuo. eſt exaltata. ſic ſuꝑ omnia poſt
dn̄m ⁊ deum meū tuum filium te cor

meũ intelligat ꝛ venereť. amet ꝛ dep̃
cetur. eo affectu. non quo deſidero im
ꝑfectus. ſed quo dicit̃ a filio tuo fact᷑
redemptus. ꝛ reſuſcitatus. Genitrix vi
te anie mee. alitrix reparatiõis carnis
mee. lactatrix ſaluatoris tocius ſubſtã
tie mee. Sed q̃d dicam? Lingua mea
deficit. q꜠ mens non ſufficit. Dña om-
nia intima mea ſollicita ſunt: vt tãto-
rum beneficioꝝ tibi gr̃as exoluãt. ſed
nec cogitare pñt dignas. Quid enim
dicã digne matri creatoris ꝛ ſaluato-
ris mei. ꝑ cuius ſanctitatẽ peccata mea
purgant̃. ꝑ cuius integritatẽ mihi in-
corruptibilitas donat̃. ꝑ cuius virgi-
nitatem aĩa mea adamat̃ a dño ſuo.
ꝛ deſponſat̃ deo ſuo? Quid inquã di
gne referã genitrici dei ꝛ dñi mei. per
cuius fecunditatẽ captiuus ſum redẽ
ptus. per cuius partũ de morte eterna
ſum exẽptus. ꝑ cuius prolem ꝑditus
ſum reſtitutus. ꝛ de exilio miſerie in
patriam beatitudinis reductus? Bñ-
dicta in mulieribus Hec oĩa mihi de

dit benedictus fructus vētris tui in ge-
neratiōe baptiſmi ſui. Alia in ſpe. alia
in re. Quāꝗꝫ hec omnia egoipſe mihi
ſic peccādo abſtulerim. vt nec rem ha-
beam ⁊ ſpem vix teneā. Quid enim ſi
mea culpa euanuerūt? Numq̄d ingra-
tus ero illi. per quem mihi bona tāta
gratis euenerūt? Abſit ne addam hāc
iniquitatē ſup iniquitatē. immo gra-
cias ago. quia habui: doleo quia nō
habeo: oro vt habeā. Certus em̄ ſum:
quia ſicut per filij graciā ea potui ac-
cipere. ſic eadeʒ per matris merita poſ-
ſum recipere Ergo domina porta vite
ianua ſalutis: via recōciliationis: adi-
tus recuperatiōis. obſecro te per ſalua-
tricem tuam fecunditatē: fac vt pecca-
torum meorū mihi venia ⁊ bene viuē-
di gracia concedatur: ⁊ vſqꝫ in finem
hic ſeruus tuus ſub tua ꝓtectione cu-
ſtodiatur. Aula vniuerſalis pietatis.
Cauſa generalis reconciliatōnis: vas
⁊ templum vite ⁊ ſalutis vniuerſorū:
nimiū contraho merita tua: cū in me

homũculo vili ſingulariter recẽſeo be-
neficia tua:que mundus amans gau-
det:gaudeus clamat eſſe ſua. Tu nan-
q̄ꝫ domina am mirabilis ſingulari vir-
ginitate amabilis ſalutari fecunditate
venerabilis ineſtimabili ſanctitate:tu
oſtẽdiſti mundo dominũ ſuum ⁊ deũ
ſuum quem neſciebat Tu viſibilem ex-
hibuiſti mundo creatorẽ ſuum quem
prius nõ videbat. Tu genuiſti mũdo
reſtaurationẽ.qua ꝑditus indigebat.
Tu peperiſti mundo reconciliatorem
quẽ reus non habebat Per fecundita-
tem tuam domina mũdi peccator eſt
iuſtificatus: dãnatus ſaluatus: exul
reductus. Partus tuus domina. mun-
dum captiuum redemit: egrum ſana-
uit.mortuũ r̄ſuſcitauit Celũ.ſidera.ter-
ra.flumia. dies:nox ⁊ quecũq̄ꝫ hũane
ꝑtãti vel vtilitati ſunt obnoxia. vt am-
miſſum decus ſeſe gratulant᷑ ꝑ te q̃dã
modo reſuſcitata:⁊ noua quadã ineffa-
bili grã dotata. q̃ſi eĩ oĩa mortua
erãt.cũ ãmiſſa ꝯgenita dignitate fuiẽ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

di dominatui. vel vſibus deū laudā-
tium, ad qđ facta erant obruebantur
oppſſione ꝛ decolorabāt abuſu ydo-
lis ſeruientiū. ꝓpter qđ facta non erāt
Quaſi vo eadem reſuſcitata letantur
cū iam deum confitent. ꝛ dominatu
regunt. ꝛ vſu decorant. Noua autē ꝛ
ineſtimabili gracia q̄ſi exultauerunt.
cū ipſum deum creatorē ſuum nō ſo-
lum inuiſibiliter ſupra ſe illa regentē
ſenſert. ſed etiam viſibiliter inter ſe. eiſ
dem vtendo. ſanctificantē viderunt
Hec tanta bona p benedictū fructuꝫ
bn̄dicti vētris bn̄dicte marie puenert
ſed cur ſolū loquor dn̄a beneficijs tu-
is plenū eſſe mundum? Inferna pene
trant. celos ſuperāt. Per plenitudinē
enim grē tue ꝛ que in inferno erant.
ſe letant liberata. Et que ſupra mun-
dum ſunt. ſe gaudent reſtaurata. Per
eundē quippe glorioſum filiū glorio
ſe v̄ginitatis tue, oēs iuſti: qui obiert
ante vitalē eius mortē. exultant. diru
ptione captiuitatis ſue. ꝛ angeli gra-

tulant restitutōne semirupte ciuitatis sue. O femina mirabiliter singularis ⁊ sin gulariter mirabilis: p quā elementa renouant: inferna remediant: homines saluant: angeli reintegrant. O femina plena ⁊ supplena grā. de cuius plenitudinis exundātia respersa. sic reuirescit oīs creatura. O vgo benedicta ⁊ supbenedicta: p cuius bñdictionem benedicit natura: non solum creata a creatore. sed ⁊ creator a creatura. O nimis exaltata. quā sequi conat affectus anime meē: quo aufugis aciem mētis meē? O pulcra ad intuendū: amabilis ad ꝯtemplandū: delectabilis ad amādum: quo euadis captiuitatez cordis mei? p̄restolare dña infirmā animā sequentē. Ne abscōdas te dña parū vidēti te/aie querenti: miserere dña aie post te anhelando lāguēti. Mira res in qua sublimi cōtemplor mariā locatam. Ois creatura a deo ē creata ⁊ dei natura ex maria est nata. Deus oia creauit ⁊ maria deū generauit. Deus qui

ii

omnia fecit: ipſe ſe ex maria fecit: ⁊ ſic
omnia que fecerat refecit. Qui oīa po-
tuit ex nihilo facere: noluit ea violata
ſine maria reficere. Deus igitur ē pater
rerum creatarū. ⁊ maria mater rerum
recreatarum. Deus eſt pater cōſtitutio-
nis omniū: ⁊ maria eſt mater reſtituti-
onis omniū. Deus enim genuit illum
per quē omnia ſunt facta: ⁊ Maria pe-
perit illum per quē cuncta ſunt ſalua-
ta. Deus genuit illū ſine quo penitus
nihil eſt: ⁊ maria peperit illū ſine quo
omnino nihil bene eſt. O vere dn̄s te-
cum. cui dedit dn̄s vt omnis creatura
tantum tibi deberet ſecū: Maria obſe-
cro per graciam. qua domin⁹ eſſe tecū
⁊ te voluit eſſe ſecū. ſic fac ꝓpter ipſum
ſm̄ eandem ipſam graciam miſericor-
diam tuam mecū. Fac vt amor tui ſꝑ
ſit mecum: ⁊ cura mea ſemꝑ ſit tecum.
Fac vt clamor neceſſitatis mee. q̄diu
ipſa perſiſtit. ſit tecū: ⁊ reſpectus pieta-
tis tue. q̄diu ego ſubſiſto. ſit mecum.
Fac vt cōgratulatio beatitudinis tue

ſemper ſit mecū: ꝛ ꝯpaſſio miſerie mee
quātum mihi expedit ſit tecū. Sicut em̄
o beatiſſima. omnis a te auerſus ꝛ a te
deſpectus/ neceſſe ē vt intereat: ita om
nis ad te cōuerſus ꝛ a te reſpectus. im/
poſſibile eſt. vt pereat. Sicut enim do/
minus deus genuit illū. in quo om̄ia
viuunt. ſic o flos virginitatis genui/
ſti eum per quē ꝛ mortua reuiuiſcunt.
Et ſicut deus per filiū ſuum beatos an
gelos a peccato ſeruauit: ita o tu dec⁹
puritatꝭ per filiū tuum miſeros homi
nes ex pctō ſaluaſti. Quem̄admoduꝫ
em̄ dei filius ē btitudo iuſtoꝝ: ſic o tu
ſalus/ fecūdatus filius tuus eſt recōci/
liatio pctōꝝ. Non eſt em̄ recōciliatio:
niſi quā tu caſta ꝯcepiſti. Nō eſt iuſtifi
catio. niſi quā tu integra in vtero foui
ſti: nō eſt ſalus. niſi quā tu ꝟgo pepiſti
Ergo o dn̄a/ mr̄ es iuſtificatiōis ꝛ iuſti
ficatoꝝ: genitrix es recōciliatiōis ꝛ re/
cōciliatoꝝ: parēs es ſalutis ꝛ ſaluatoꝝ
O beata fiducia: o tutū refugiū Mater
dei eſt mr̄ nr̄a Mater eius in q̄ ſolo ſpe

ramus:⁊ quē ſolum timemus ē mater
noſtra. Mater eius inquā. q̄ ſolus ſal/
uat:ſolus dānat/eſt mater noſtra. Sed
o benedicta ⁊ exaltata:nō tibi ſoli.ſed
⁊ nobis quidē ꝙ̄ magnū ꝙ̄ amabile ēſt
qđ video ꝑ te euenire nobis: quod vi
dens gaudeo: qđ gaudens dicere nō
audeo. Si enim tu dn̄a es mater eius
nōne ⁊ alij filij tui ſunt frēs eius? Sed
qui fratres ⁊ cuius eius? Loquar/ vn/
de iocūdat̄ cor meū.an ſilebo/ ne ela/
tiōe arguat̄ os meū? Sed quod credo
amando.cur nō confiteor laudando?
Dicam igit̄ nō ſupbiendo.ſed gracias
agendo. Qui em̄ fecit. vt ipſe ꝑ mater/
nam generatiōꝫ eſſet frater nature no/
ſtre. et nos ꝑ vite reſtitutionē eſſemus
filij matris eius.ip̄e nos inuitat. vt cō/
fiteamur nos frēs eius. Ergo iudex nr̄
eſt frater noſter. Saluator mūdi/ē fra
ter noſter. Qua igit̄ certitudine debe/
mus ſperare:qua conſolatione poſſu/
mus timere.quoꝝ ſiue ſalus ſiue dam
natio de boni fratris. ⁊ de pie matris/

pendet arbitrio? Quo etiā affectu hūc
fratrem ꝛ hanc matrē amare debem⁹
qua familiaritate nos illis cōmittem⁹
qua ſecuritate ad illos cōfugiemus: q̄
dulcedine fugiētes ſuſcepiemur? Bo-
nus igit̄ frater nobis dimittat: quod
deliq̄mus ipſe auertat. qđ delinquen
tes incurrimus/ipſe donet. qđ penitē
tes petimus. bona mr̄ oret ꝛ exoret ꝑ
nobis: ipa poſtulet ꝛ impetret/ qđ ex-
pedit nobis. Ipa roget filiū pro filijs.
vnigenitū ꝓ optatis. dn̄m pro ſeruis.
Bonus filius audiat matrē ꝓ fratrib⁹
vnigenitus ꝓ his q̄s adoptauit. dn̄s
ꝓ his q̄s liberauit Maria q̄ntū tibi de
bemus dn̄a mr̄ per quā talem frēm ha
bem⁹. q̄d grāx. q̄d laudis tibi retribu
emus? magne dn̄e tu nr̄ maior frater.
Magna dn̄a tu nr̄a melior mr̄ docete
cor meū. q̄ reuerētia vos dēat cogit a-
re. Bone tu. ꝛ bona tu. Dulcis tu ꝛ dul
cis tu. dicite ꝛ date aie mee. quo affe-
ctu vos memorādo. de vobis delecte
tur. delectādo iocundet̄. iocundādo

impinguet? Impinguate ⁊ ſuccendite
eam v̄ra dilectione: v̄ro ꝯtinuo amo-
re langueat cor meum: liqueat anima
mea deficiat caro mea. Utinā ſic viſce
ra anime mee dulci feruore v̄re dilecti
onis exardeſcāt. vt viſcera carnis mee
exareſcant: vtinā ſic intima ſpirit⁹ mei
dulcedine veſtri affectus impinguent̄
vt medulle corporis mei exiccent̄. Domi
ne fili dn̄e mee: domina mater domi-
ni mei: ſi ego nō ſum dignus q̄ ſic de-
beam v̄ro amore beatificari: certe vos
non eſtis indigni. q̄ ſic immo plus de-
beatis amari: ergo benigniſſimi. nec ſic
denegetis mihi petēti id quo me cōfi-
teor indignum: vt auferat id qđ certe
vos denegare nō poteſtis dignos Da-
te itaqȝ piiſſimi. date obſecro ſupplican
ti anime mee: nō ꝓpter meritum meū.
ſed ꝓpter meritum veſtrū: date illi q̄n
tam digni eſtis amorem veſtrum: date
inquam mihi quo ſum indignus. vt
reddatur vobis quo eſtis digni. Si em̄
non vultis dare: vt habeā quod deſi-

dero .ſaltem nolite negare vt reddam
vobis quod debeo. Forſitan p̄ſumen
do loquar: ⁊ vt vtiq̧ bonitas vr̄a faci/
at me audacez. loquar ergo adhuc ad
dn̄m meum ⁊ dn̄am meam: cū ſim pul
uis ⁊ cinis. Domine ⁊ dn̄a: nonne mul
to melius eſt cū vos gratis donatis pe
tenti quod ip̄e nō meretur. q̄ cū vobis
ſubtrahitur qd̄ vobis iure debet? Il/
lud quippe eſt p̄dicande miſericordie.
iſtud eſt nefande iniuſticie Impendite
igit̄ graciaz vt recipiatis debitū: facite
vos mihi miſericordiā veſtraz. que mi
hi expedit ⁊ vos decet: ne faciā ego vo
bis iniuſticiā meam que nulli expedit
⁊ nullum decet Eſtote vos mihi miſe/
ricordes. quod obſecro: ne ſim ego vo
bis iniuſtus: quod execror. Date be/
nigne ⁊ benigna: nec ſitis exoratu dif/
ficiles Date anime mee amorem veſtri
quē ipſa non iniuſte petit. ⁊ vos iuſte
exigitis: ne ipſa bonis veſtris ſit ingra
ta: qd̄ ip̄a iuſte horret. ⁊ voſ nō iniuſte
punitis, Certe Jeſu fili dei ⁊ tu maria

mater eius ⁊ vos vultis ⁊ equũ eſt. vt
quicq̃d vos diligitis/diligatᷣ a nobis.
Ergo bone fili/ rogo te ꝑ dilectionem
qua diligis. ⁊ diligi vis eaꝫ. ita mihi
des vt vere diligam ꝯaꝫ. Bona mater
rogo te ꝑ dilectionē. qua diligis filiũ
tuum. vt ſicut tu vere diligis ⁊ diligi
vis eũ. ita mihi impetres vt vere dili/
gam euꝫ. ecce enim qđ vt fiat vere/eſt
in veſtra voluntate. cur ꝓpter peccata
mea nõ fit. cũ ſit in veſtra ptãte? Ama/
toꝛ ⁊ miſeratoꝛ omniũ/ tu potuiſti re/
os tuos ⁊ vſq; ad moꝛtē amare. ⁊ po/
teris te roganti/amoꝛē tui ⁊ mr̃is tue/
negare? Veneretur igitur vos ſicut di
gni eſtis mens mea: amet vos ſicut e/
quũ eſt coꝛ meũ. Diligat vos ſicut ex/
pedit aĩa mea. Seruiat vobis ſicut de/
bet caro mea: ⁊ in hoc ꝯſummetᷣ vita
mea: vt ineternũ pſallat tota ſubſtan/
tia mea. Benedictus dñs ineternũ fiat
fiat. Amen. ¶ Alia oẽo ad virginem glorioſam.

AVe mũdi ſpes ma/
ria. Aue mitis aue pia. Aue vir/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

go mater Christi: tu que ſola meruiſti
eſſe mater ſine viro: ꝛ lactare moꝛe mi
ro: angeloꝛum imperatrix: peccatoꝛū
conſolatrix/cōſolare me lugentem/ in
peccatis iā fetentē. Conſolare peccato-
rem ꝛ ne tuū des honoꝛez: alieno aut
crudeli. p̄coꝛ te regina celi: me habeto
excuſatū: apud criſtum tuū natum: cu
ius irā expaueſco: a furoꝛe cōtremiſco.
Nam peccaui ſibi ſoli: o maria virgo
noli: eſſe mihi aliena. grā celeſti plena
eſto cuſtos coꝛdis mei: ſigna me timo
re dei. cōfer vite ſanitatē: ꝛ da moꝛum
honeſtatē: da peccata me vitare. ꝛ qḋ
iuſtuz eſt amare. O dulcedo v̾ginalis
nunq̄ fuit nec eſt talis. inter natas mu
lierum: omniū creatoꝛ rex. te elegit ge
nitricē. qui mariā peccatricē. emunda
uit a reatu: ipe me tuo pꝛecatu. a pecca
tis cūctis tergat: ne infern⁹ me demer-
gat. Eya roſa ſine ſpina: pctōꝝ medici-
na: p me xp̄m interpella: vt me ſaluet
a ꝓcella: huius mūdi tam immundi:
cuius fluctus furibūdi. omni parte me

impingunt. ꝛ peccati zona ſtringunt.
Chriſte fili ſummi pr̄is: per amorē tue
mr̄is. cuius vēter te portauit. ꝛ te dul-
ci lacte pauit. te per ipam rogo ſupplex
q̄a tu es ſalus duplex: ſalus rerum mū
danarum: atq; ſalus animarū. te nunc
p̄cor licet reus: miſerere mei deus. Mi-
ſerere chriſte dei. miſerere fili dei: miſe
ſere miſerere. miſerator naz es vere. tu
peccata dele mea. ꝛ cor mundū in me
crea. da ſpem firmā fidem rectam: cha-
ritatemq; p̄fectam. et cōcede finem bo
num. quod ē ſuper omne donū. Ut in
corde ſic compūgar. tibi chriſto ꝙ con
iungar. fac me digne manducare. cor-
pus tuum ſalutare. ira tua nō me gra-
uet. ſanguis tuus ſic me lauet. extra cor
pus ꝛ in corde: a peccatis ꝛ a ſorde. Ut
dum inſtat hora mortis. angelus tūc
aſſiſtat fortis. a te datus mihi cuſtos: q̄
det locum inter iuſtos Mors dum car
nem meā frangat: mors ſecūda nō me
tangat: licet caro cōputreſcat. ſpiritus
tamen in te requieſcat: dum reſurgo te

viſurus. ſemper apd te manſurus. Au-
di nos: nam te filius nihil negans ho-
norat. Salua nos Jeſu ꝓ quibus vir-
go mater te orat. Amen. ¶ Sequnt
nunc orõnes de angelis. Et primo de
ſancto Mihaele archangelo.

SAncte michael archãgele
domini noſtri Jeſu chriſti
q̃ veniſti ĩ adiutoriũ popu-
lo dei Subueni mihi apd
altiſſimũ iudicẽ: vt mihi
pctõri donet remiſſionẽ omnium pec-
catorum meorũ: propter magnã miſe-
rationum ſuarũ clementiam. Exaudi
me clamantẽ ſancte Michael: atq; in-
uocantem te: ⁊ adiuua me maieſtatẽ
domini deprecantẽ. Et interpella pro
me gemiſcente: ⁊ fac me caſtum ab oĩ-
bus peccatĩs meis. Inſuper obſecro te
preclarum atq; decorũ ſumme diuini-
tatis miniſtrũ: vt in nouiſſimo die be-
nigne ſuſcipias animã meam in ſinu
tuo ſanctiſſimo: ⁊ pducas eam in locũ
refrigerij pacis et quietis: vbi ſanctorꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aĩe cum leticia ⁊ inenarrabili gaudio
futurũ iudicium ⁊ gloriã beate reſur-
rectionis expectãt. Alia ad eundem.

SUmme ſedis miſter. p̃nceps mi-
litie celeſtis ⁊ ſignifer curie ſuper
noꝝ ſcté michael. ãgele piiſſime: archã-
gele placidiſſime tibi corpus ⁊ animã
meam tota intentiõe tuendam cõmit-
to: tibi ſpecialiter poſt deũ deiꝙ geni-
tricem vite ⁊ mortis mee diligentiam
cõmendo Adeſto queſo mihi dũ viuo
vt oĩs actus meos ad dei voluntatẽ
faciendã dirigas. vt me ab inſidiis ini-
mici: ⁊ ab oĩbus malis viſibilibus et
inuiſibilib⁹ liberes: ſuccurre mihi q̃ſo
in hora mortis mee: ⁊ feſtina in auxili-
um meũ cum angeloꝝ multitudĩe: vt
brachiũ peccatoris ⁊ maligni aduerſa-
rii mei cõteras: apprehende arma ⁊ ſcu-
tum ⁊ exurge in adiutoriũ mihi: vt ani-
mam meã de faucib⁹ impii draconis
eripias: ⁊ eã comitãtibus angelis lu-
cis. in ſinũ abrahe in requiẽ ſempiter-
nam cũ exultatione ꝑducas.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

O Mnes ſancti angeli ⁊ archan-
geli: throni ⁊ dñatiões: princi-
patus ⁊ poteſtates: v̓tutes: cherubin ⁊
ſeraphin: agmina celeſtiũ beatoꝝ ſpiri
tuum: fundite ꝑ me preces ad dñm: vt
me liberet a peccatoꝝ vinculis: ⁊ illu-
ſtrare dignet̃ virtutũ ſtudijs: ⁊ defen-
dat ab aduerſitatibus cũctis: ⁊ poſtre
mum iungat me ſctis conſortijs. Amē

Alia de eodem.

O Mnes ſancti ſeraphin cherubin: throni quo
ꝗ dñationes: principatus: ptãtes: v̓tu-
tes: archãgeli: angeli: ordines noueni
ſpirituum btõꝝ quos in dei laudibus
firmauit charitas: me fragilē: me pecca
torem ſupplicē, veſtris firmate p̄cibus:
vt ſpiritales prauitates vr̃o iuuamine
deuincēs fortiter: nunc ⁊ in euũ veſtris
patrocinijs fulciri ⁊ vr̃e beatitudinis
gracia ꝑfrui merear Amen.

¶ Itē ad ꝓpriũ angelũ oratio.

I Nter oēs ⁊ pre oĩbus ſupernis
ciuibus tuũ ſingulariter ⁊ p̄cipue de-
poſco ſuffragiũ beate ⁊ angelice ſpiri-

tus:cui me deus cuſtodiendū deputa
uit:vt me diebus ac noctibus hoꝛis ⁊
momētis omnibus indeſinēter vbiq̧
cuſtodias:ne aditum(quod abſit) ali
quem ad me decipiendū/ callidus ten
tatoꝛ inueniat:ne rabiē ſue tyrannidis
exerceat:qui tanq̧ leo rugiens circuit.
querens quē deuoꝛet. Ne animā meā
circūueniendo illaqueet: ne mentem
meā alienādo perturbet:ne ſenſus me
os exagitando/ ludificet:ne me in pe/
ricula vlla p̄cipitet:ne me in caſus im
prouiſe moꝛtꝭ impellat. Sed vt ſemp ⁊
vndiq̧ tuo interius exteriuſq̧ regimīe
vitam ꝓſperet ⁊ in bono ꝓpoſito tranſi
gam:ne ante dignā peccatoꝝ emēda/
tionem vite terminū capiam. Cū vero
pꝛefinitū tempus moꝛiēdi aduenerit:
⁊ inimici mei aīam meam circūdede/
rint:⁊ os eoꝝ locutum fuerit ſuperbiā
cum tribulatio ꝓxima fuerit ⁊ non ſit
qui adiuuet: cū aperuerint ſup me os
ſuum ſicut leo rapiēs ⁊ rugiens:quan
do circūdederint me canes multi ⁊ cō

ciliũ malignãtiũ. obſederit me tũc ro/
go exurge cũ dei adiutorio ad ꝯuertē/
dũ inimicũ meũ retrorſum Exurge. p̄/
ueni eum ⁊ ſupplanta eum. Eripe ani/
mam meam ab impio. contere brach/
ium peccatoris ⁊ maligni. queratur
ab illo peccatũ meũ ⁊ innueniatur de
letum ſanguine chriſti Tunc queſo ne
elongaueris auxiliũ tuum ſed ad de/
fenſionem meam conſpice. Erue a fra
mea animaꝫ meam: ⁊ de manu canis
vnicam meã. Salua me ex ore leonis
⁊ a cornibus vnicorniũ humilitatem
meam. Cuſtodi animã meam a mali/
gnitate eorum a leonibus vnicam me
am. Non ſupergaudeãt mihi iniqui:
non dicant in cordibus ſuis. euge eu/
ge anime noſtre. nec dicant deuoraui
mus eum. Non mãdent verbum ini/
quum aduerſum me dicentes. Perſe/
quimini ⁊ comprehendite eũ: qꝛ non
eſt qui eripiat Tunc obſecro ne tradas
beſtijs animã tibi cõmiſſam: animam
paupis tui ne obliuiſcaris in finē. Ne

ꝑmittas auferendū impijs p̄conijs ho
minū tibi celitus aſſignatū. Sed educ
me de laqueo quē abſconderūt mihi:
educ de cuſtodia aīam meam: ⁊ eam
incolumē cū preſidio beatoꝝ ciuium
tuoꝝ introduc in ciuitatē ſanctam hie
ruſalem: vbi mors nō erit vltra neq̄ lu
ctus neq̄ clamor: ſed nec vllus dolor:
vbi vota laudis vna tecū letus impē
tuum dn̄o reddam: tali modulatione
decantās: verba iniquoꝝ preualuerūt
ſuper nos: ⁊ impietatibus nr̄is tu pro-
piciaberis Btūs quem elegiſti ⁊ aſſum
pſiſti. habitabit in atrijs tuis. Replebi
tur in bonis domus tue. Amen.

¶ Oratio ad ꝓprium angelū.

Obſecro te angelice ſpūs. cui ego
ad ꝓuidendū commiſſus ſum: vt in-
deſinenter ꝓtegas me: defendas: mū-
des ⁊ mūias ab oī incurſu dyaboli: vi-
gilantē: dormientē: vbicunq̄ iero. Re-
pelle a me ꝑ virtutē ſancte crucis oēm
tentationē ſathane Et qđ mea exigunt
merita tuis p̄cibus obtine apđ altiſſi-

mum iudicē: ita vt nihil loci in me ha-
beat contrarie v̓tutis admixtio Cunctꝫ
per abrupta viciorꝫ meorum me deui-
aſſe videris. per ſemitā iuſticie ad ſalua
torem meū me reducere ſatagas. Et in
quacunqꝫ tribulatiōe vel anguſtia me
eſſe ꝓſpexerſ. auxiliū dei omnipotētis.
tuo obtentu ꝛ p̄camine mihi adeē ſen
tiam. Precor te mi cuſtos: ſi fieri poteſt
notum mihi facias finē meum: diemqꝫ
obitus mei. Et cū de corpe eductus fue
ro/ non pmittas me malignos ſpūs ter
rere: necqꝫ in foueā deſperatiōis dedu-
cere: non permittas me angelice ſpūs.
donec ad viſionē ipſius ꝯditoris mei
ꝑducas me: vbi ego ꝑ opere ꝛ tu ꝑ cu
ſtodia vna cū beatiſſima dei genitrice:
ꝛ omnibus ſctis domino adiuuāte le
temur: qui cū deo. Añ. Angele bone
q̄ mihi datus es cuſtos: expugna dya-
bolum q̄ mee ſaluti inſidiat᷑. v. Glorio
ſus apparuiſti in ꝯſpectu dñi. Propte-
rea decorē induit te dñs. Oro.
Deus cuius prouidentia hūano

generi ſupernoꝝ ſpirituū preſidiū ſub
miniſtrat: cōcede: vt angelū mee cuſto
die deputatū ita veleā venerari. vt eiꝰ
puidētia vbiqꝫ merear defendi. Per.

¶ De ſctō Johe baptiſta orō.

SAncte iohānes baptiſta electe
dei. tu es angelꝰ dei q̄ veniſti ante fa-
ciem domini parare vias eius: tu oſtē
diſti agnū dei/ dn̄m ꝛ ſaluatorem no-
ſtrum. q̄ tollit pctā mūdi: tu baptiſare
ſti ꝛ cognouiſti myſteriū: tu pcurſor ex
titiſti: martir glorioſus ꝛ laudabilis
domini: intercede pro me ad dominū
vt merear vitam poſſidere eternā.

¶ Alia de eodem.

SAncte Jo-
hannes baptiſta q̄ meruiſti ſal
uatorem mundi tuis manibus bapti
in fluuio iordanis: eſto mihi apud mi
ſericordem deū pius interceſſor. vt me
a peccatorū tenebris eripiat ꝛ ad lucē
celeſtis gracie pducat: qui tollit pecca-
ta mundi ꝛ regnū celorum appropin-
quare pmiſit: cui eſt honor ꝛ gloria p
infinita ſecula ſeculorū. Amen.

¶ Ad oēs ſctōs. p̄riarchas. ⁊ p̄phas.

SAncti p̄riarche: ſancti p̄phete q̄
bus ab initio mūdi ops deus
maieſtatē ſue dignitatis reuelare digna
tus eſt. obſecrate p̄ pctis meis: ⁊ expul
ſa penitus erroris caligine: cordis mei
oculos vere fidei catholice lumine il
luſtrate: vt i die iudicij non cū impijs
⁊ infidelibus: q̄ credere ac penitentiā
agere noluerūt: ſm̄ meritū meum depu
ter. ſed per veſtrā interceſſionē merear
inueniri abſolutus in illa die ab omī
vinclo pctōꝝ: vobiſcūq; ac oībus fide
libus introire ad regna celoꝝ. Amen.

¶ Ad ſctm̄ petrū ap̄loꝝ p̄ncipē orō

SAncte petre ap̄le ⁊ electe dei: tu
confeſſus es filiū dei: ſup te edi
ficauit dn̄s eccleſiam ſuam: tibi tradi
dit claues regni celoꝝ: tibi dedit pote
ſtatē ligādi atq; ſoluēdi pctā: tu es pa
ſtor ouiū: exēplar ꝯfeſſionis: exemplar
pnie. doctor eccleſie: ianitor paradiſi:
adiutor electoꝝ: tu es ſuſceptor aiaꝝ.
Et ego miſer et fragilis pctōr q̄d ſum

facturus cũ venero ad te. Adiuua me vt nõ recedam a te cõfuſus. ꝓpter peccata que male cõmiſi: ſed pocius ſolue vincula pctõꝝ meoꝝ. qui habes poteſtatem ligãdi atꝗ ſoluendi in celo ꝛ in terra. Sctẽ petre: ſancte paule: ſctẽ andrea: oẽs ſancti apoſtoli dñi ſuccurrite mihi: ꝛ aperite mihi portas iuſticie: vt ingreſſus in eas cõfitear dño ꝛ viuam in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Oĩo ad eundẽ vt ſupra.

O Beate petre clauiger etheree: intercedere digneris ꝓ me ad dñm: qui tibi tradidit claues regni celoꝝ: vt tua interceſſione placatus. concedat mihi meoꝝ veniam peccaminũ. Pete mihi a deo vere penitẽtie compunctionẽ. ſicut tu habuiſti/ quando amare flebas poſt negationẽ magiſtri tui. Et ſicut te eripuit de manu herodis: ꝛ de omĩ expectatione plebis iudeoꝝ. ita idem dominus deus meus digneť me pro tuis ſctis interceſſionibus eripe de manibꝰ omnium inimicoꝝ meorum/ viſibiliũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ inuiſibiliū: ⁊ poſt hanc caducã vitã
me ad eternã perducat gloriã. Amen.

¶ Ad ſanctiſſimū paulum doctorē gentiū oratio.

O Beate paule apl'e: doctor gentiū depcare ꝑ me cūctipotentem dn̄m qui te de celo vocauit ⁊ in terrã ꝓſtrauit: ex te pſecutore fecit vas electiōis: vt me proſtratū in malo eleuet in bono. Et vt verborū tuorum eruditiōibus edoctus. diſcam ſpernere fugitiua huius ſeculi gaudia ⁊ verã lucem: que xp̄s eſt: valeã apprehendere. Et ꝑ graciam dei quã meruiſti ⁊ accepiſti: ⁊ que in te vacua nō fuit ſed ſemꝑ in te mãſit: ore licet polluto. te depcor: vt me ab angelo ſathana eripias ⁊ a ventura ira liberes: ⁊ in celū introducas: atq̄ cū omnibus ſctis apoſtolis ⁊ euangeliſtis. per grãm filij dei viui: ⁊ per aduentū ſpiritus ſancti paracliti. venias in adiutoriū mihi peccatori ⁊ omnibus xp̄ianis. Amen.

Ad ſanctū Andreã apl'm orõ.

D Epcor te beatiſſime andrea apo

ſtole domini Jeſu xpi: qui biduo pendens in cruce nõ ceſſaſti popnlũ docere: crucisq gloriã: in quo genus hũanum pius redẽptor xprio cruore redemit: predicare: vt ipm depoſcere digneris. q mihi xpicius exiſtat: culparũ nexus ſoluat: ⁊ me celeſtibus ciuibus iũgat. Amen. ¶ Orõ ad eundẽ.

Sancte andrea apoſtole dei. qui dimiſſa naui ⁊ ſpreto reti: quorum vſu actuq; viuebas: celoꝝ premia mercatus es: ꝑ illũ. q̃ te de naui vocauit: deprecor te: vt tuis meritis ab omni fantaſia ſathane me eripias: ⁊ a futura ira defendas ⁊ virtutez tuã mihi ante tribunal chriſti oſtendas. Per chriſtum. ℣. Dilexit andream dñs. In odorem ſuauitatis. Oratio

Maieſtatẽ tuam dñe ſuppliciter exoram⁹ vt ſicut eccl'ie tue btũs andreas apl's extitit predicator ⁊ rector. ita apud te ſit ꝑ nobis perpetuus interceſſor. Per.

¶ De ſancto Johe euãgeliſta orõ.

S Ctē ſohannes euāgeliſta dn̄i:
q̄ ſupra pectus dn̄i in cena re-
cubuiſti:depcare ip̄m fontem
ſcientie:de quo vere hauſiſti fluēta do
ctrine:vt luce ſue v̄itatis.tenebras pec
catorum meoꝝ effugare τ illuſtrare di
gnetur. τ q̄ te eripuit de feruētis olei
dolio.ip̄e me eripiat de eterne mortis
periculo. Amen.

¶ Alia oratio de eodem.

S Ctē Johēs euāgeliſta.celeſtiū
ſecretoꝝ ſblimiſſim⁹ ſcrutator
τ oſ̄ſor. Immēſas τ ineffabiles diui-
tias ſuauitatꝭ:q̄s de ſacrario dn̄ici pec-
toris potaſti:nos miſeri petim⁹:vt tuo
interuētu ab imminētib⁹ huius ſecl̄i p
turbatōib⁹ liberati.et ne btitudis gau
dijs pfrui mereamur:τ me deſcꝫ fidles
gr̄e τ ptectiōi diue brēꝫ di genitrici cō
mēdare digr̄e. P. ℣. Cibauit eum dn̄s
pane vite τ intellectus.τ aq̄ ſapie ſalu
S It dn̄e Oro. taris potauit eū
qm̄s.beatus ſohēs euāgeliſta
noſtre fragilitatis adiutor: et

kk 4

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝑ nobis tibi ſupplicās copioſius exau
¶ De ſctō Thoma orō. (diat. Per.
Sancte thoma: qui ꝓprijs mani/
bus latus redēptoris noſtri pro
nobis vulneratū attingere meruiſti: te
per eandē gratiam: quā tunc accepiſti
quando ops deus vulnus ambigui/
tatis a te abſterſit: depcor. vt anguſtias
quas pro peccatis meis patior: ⁊ iram
quā mereor. tuo precatu auertas ⁊ ſu/
ſpēdas ⁊ me organoꝝ laudibus in oī
charitate triūphare concedas. Per. V.
Qr vidiſti me thoma ⁊ credidiſti. Bea
